hora iam pterijt. Dimitte turbas. ut euntes i castel-  
la emant sibi escas. Ih̄c autē dixit eis. Nō habēt necesse  
ire. date illis uos manducare. Responderūt ei. Nō ha-  
bemus hic. nisi quinq; panes et duos pisces. Qui ait  
eis. Afferte illos michi huc. Et cū iussis; turbā discū



bere supra fenū? acceptis quinq; panibz. ⁊ duobz pisci-  
bus. aspiciens in celū. benedixit ac fregit. ⁊ dedit disci-  
pulis suis panes? discipuli autē turbis. Et manduca-  
uerunt omnes. ⁊ saturati sūt. Et tulerūt reliquias? du-  
odecim cophinos fragmentoz plenos. Manducanti-  
um autē fuit numerus. quasi quinq; milia uitor. ex-  
ceptis mulieribz et paruulis. *Dō. i. i. Ad Corinthios.*

**R**s! Si linguis hominū loquar ⁊ angeloz ca-  
ritatem autē nō habeam? factus sū uelut es so-  
nans aut cymbalū tinniens. Et si habuero pphetiā  
et nouerim mysteria oīa et omnē scientiā. ⁊ habue-  
ro omnē fidem ita ut montes transferam. caritatem  
autē nō habuero nichil sum. Et si distribuero in cibos  
pauperū omnes facultates meas. ⁊ si tradidero corpus  
meū ita ut ardeam. caritatē autē nō habuero? nichil  
michi pdest. Caritas patiens ē. benigna ē. Caritas  
nō emulat? nō agit pperam? nō inflatur. nō est ambi-  
ciosa. nō querit que sua sūt. nō irritatur. nō cogitat  
malū. nō gaudet sup iniquitate. ⁊ gaudet aut uerita-  
ti. Omnia suffert. oīa credit? oīa sperat. oīa sustinet.  
Caritas numq; excidet. Siue pphete euacuabuntur.  
siue lingue cessabūt? siue scientia destruet. Ex parte  
enī cognoscam? et ex parte pphetam? Cū autē uenerit  
quod pfectū est? euacuabitur quod ex parte ē. Cū esse  
paruulus. loquebar ut paruulus? sapiebam ut par-  
uulus. cogitabam ut paruulus. Quando autē factus  
sum uir. euacuaui que erāt paruuli. *Videm? nūc per-*



speculū in enigmate. tūc autē facie ad facie. nūc cog-  
nosco ex parte. tūc autē cognoscam sicut et cognitus  
sum. nunc autē manent fides spes caritas tria hec.  
Maior autē hys ē caritas. *S. Lucam.*

**N**ullo. t. *A*ssumpsit ih̄c duodecī discipulos suos. et  
ait illis. Ecce ascendimus ierosolimā. et consummabun-  
tur oīa que scripta sūt p̄ prophetas de filio hōis.  
Tradet̄ enī gentibz. et illudetur. et flagellabit̄. et spuet̄.  
Et postq̄ flagellauerint occident eū. et die tertia resur-  
get. Et ipsi nichil horū intellexerūt. Et erat ūbū istud  
absconditū ab eis. et nō intelligebāt que dicebantur.  
factū ē autē cū appropinquaret iericho. cecus quidā  
sedebat secus uiam mendicans. Et cū audiret turbā  
p̄tereuntē. interrogabat quid hoc eēt. Dixerūt autē  
et quod ih̄c nazarenus transiret. Et clamauit dicens.  
Hū fili dauid. miserere mei. Et qui p̄ibant increpa-  
bant eū ut taceret. ip̄e uero multo magis clamabat.  
fili dauid. miserere mei. Stans autē ih̄c. iussit illū ad-  
duci ad se. Et cū appropinquass̄. interrogauit illū di-  
cens. Quid tibi uis faciam. At ille dixit. Dñe ut uide-  
am. Et ih̄c dixit illi. Respice. fides tua te saluū fecit.  
Et festim uidit. et sequebatur illū magnificās deū.

Et oīs plebs ut uidit dedit laudē deo. *fer. iij. i capite*  
**H**ec dicit dñs. *Conuer* *teum.* *Leō. iohelis p̄ph.*  
timini ad me i toto corde ūro i ieiunio et fletu.  
et sandite corda ūra et nō uestimēta ūra. Et uertimi-  
ni ad dñm deū ūrm. quia benignus et misericors est



paciens ⁊ multū misericors. et prestabilis sup ma-  
 licia. Quis scit si uertatur. ⁊ ignoscat. ⁊ relinquat  
 post se benedictionē. **S**acrificiū ⁊ libamen dño deo  
 nro. Canite tuba i syon. scificate ieiuniū. uocate cetū.  
 congregate pplm. scificate eccliam. coadunate senes. co-  
 gregate paruulos. ⁊ sugentes ubera. Egrediat sponsa  
 decubili suo. ⁊ sponsa de thalamo suo. Inter uestibulū  
 ⁊ altare plorabūt sacerdotes ministri dñi et dicent.  
 Parce dñe parce pplo tuo. ⁊ ne des hereditatē tuā in  
 obpbrū. ut dominant eis nationes. Quare dicunt  
 i pplis. ubi ē dñs eor. ⁊ elat est dñs terrā suā. ⁊ peper-  
 cit pplo suo. Et respondit dñs. et dixit pplo suo. Ecce  
 ego mitam uobis frumentū. ⁊ uinū. ⁊ oleū. ⁊ replebi-  
 mini i eis. ⁊ nō dabo uos ultra obpbrū in gentibz.  
 Dicit dñs om̄pe. **S. Mathēu.**

**A**llo. t. **D**ixit dñs i. d. s. Cum ieiunatis nolite fieri.  
 sicut ypocrite tristes. Exterminant enī facies suas.  
 ut pareant hōibz ieiunantes. Amen dico uobis qā rece-  
 perūt mercedem suā. Tu autē cū ieiunas. unge caput  
 tuū ⁊ faciē tuā laua. ne uidearis hōibz ieiunans.  
 s; patri tuo qui ē in abscondito. et pater tuus qui ui-  
 det i abscondito reddet tibi. Nolite thesaurizare uobis  
 thesauros i terra. ubi erugo ⁊ tinea demolitur. ⁊ u-  
 bi fures effodiunt ⁊ furantur. Thesaurizate autē  
 uobis thesauros i celo. ubi neq; erugo neq; tinea de-  
 molitur. ⁊ ubi fures nō effodiunt nec furant. Vbi  
 enī ē thesaurus tuus. ibi est ⁊ cor tuum. **Mat. v.**



**A** diebus illis. **E**grotauit ezechias **L. ysaiæ pphete.**  
as usque ad mortem. Et introuit ad eum ysaias filius  
amos ppheta. et dixit ei. hec dicit dominus. Dispone do  
mum tuum: quia morieris tu et non uiues. Et uertit  
ezechias faciem suam ad parietem: et orauit ad dominum et di  
xit. Obsecro domine: memento queso quomodoambu  
lauerim coram te in ueritate. et in corde perfecto: et quod  
bonum est in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias  
fletu magno. factumque est uerbum domini ad ysaiam dicens.  
vade et dic ezechie. hec dicit dominus deus dauid patris  
tui. Audiuim orationem tuam: uidi lacrimam tuam. Ecce ego  
adiciam super dies tuos quindecim annos. et de ma  
nu regis assyriorum eruiam te et ciuitatem istam. et  
protegiam eam. Dicit dominus omnipotens. **S. Matheum.**

**I**n illo. t. Dixit dominus. i. d. s. **Q**uoniam oratis. non eritis sicut  
ypocrite. qui amant in synagogis et in angulis pla  
tearum stantes orare. ut uideantur ab hominibus. Amen  
dico uobis. receperunt mercedem suam. Tu autem cum ora  
bis intra in cubiculum tuum: et clauso ostio tuo ora patrem  
tuum in abscondito. et pater tuus qui uidet in abscondito  
reddet tibi. **fer. vi. Leo ysaiæ pphete.**

**H**ec dicit dominus deus. **C**lama ne cesses. quasi tuba  
exalta uocem tuam. et annuncia populo meo sceler  
a eorum. et domum iacob peccata eorum. Ne etenim de die  
in diem querunt. et scire uias meas uolunt: quasi gens  
que iusticiam fecerit: et que iudicium dei sui non derelin  
quit. Rogant me iudicia iusticie: appropinquate teo



uoluit. Quare ieiunauim? et non aspexisti: humiliauimus animas nostras et nescisti: Ecce in die ieiunij uiri inuenietur uoluntas uestra: et omnes debitores uestris repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis: et percussis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem: ut audiatur in excelsis clamor uestrus. Numquid tale est ieiunium quod elegi. pro die affligere hominem animam suam? Numquid torquere quasi circulum caput suum: et sacco et cinere sternere? Numquid istud uocabis ieiunium et diem acceptabilem domino. Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi. dissolue colligationes impietati: solue fasciculos deprimentes. dimitte eos qui fracti sunt liberos. et omne onus distumpe. frange esurienti panem tuum. et egenos uagosque induc in domum tuam. cum uideris nudum operi eum. et carnem tuam ne despexeris: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum: et sanitas tua citius orietur: et anteibit faciem tuam iusticia tua. et gloria domini colliget te. Tunc inuocabis et dominus exaudiet: clamabis et dicet. Ecce assu. quia misericors sum dominus deus tuus.

**S. Mathieu.**

**Nullo. t. Dixit dominus. i. d. s. Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum: et odies inimicum tuum. Ego autem dico uobis. Diligite inimicos uestris. benefacite hijs qui oderunt uos. et orate pro persequentibus et calumpniantibus uos: ut sitis filij patris uestri qui in celis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos. et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt: quomodo**



mercedem habebitis. Nōne & publicani hoc faciunt?  
Et si salutaueritis fr̄es ur̄bs tantū. quid amplius faci-  
tis. Nōne & ethnici hoc faciunt. Estote ergo uos p̄fec-  
ti sicut & p̄t̄ ur̄ celestis p̄fectus ē. attendite ne iustici-  
am ur̄am faciatis coram hōibz. ut uideamini ab  
eis. Alioquin mercedem nō habebitis apud p̄t̄m  
ur̄m qui in celis ē. Cū ergo facis elemosinā: noli tula  
canere ante te sicut ypocrite faciunt i synagogis. & in  
uicis. ut honorificent ab hōibz. Amen dico uobis re-  
ceperūt mercedem suā. Te aut̄ faciente elemosinā.  
nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut sit e-  
lemosina tua i abscondo. Et pater tuus qui uidet in

**A**bscondo reddet tibi. *Saluo. L. ysaie p̄phe.*

**H**ec dicit dñs. **S**i abstuleris de medio tui ca-  
thenā. & defueris digitū extendere. & loqui qd̄  
nō p̄dest. cū effuderis esurienti aīam tuā. & animā  
afflictam repleueris. tūc oriet̄ in tenebris lux tua  
& tenebre tue erūt sicut meridies. & requiem dabit  
tibi dñs semp. & implebit splendoribz aīam tuam.  
& ossa tua liberabit. & eris quasi ortus irriguus.  
& sicut fons aquar. cuius nō deficient aque. et e-  
dificabuntur in te deserta. seculor. fundamēta ge-  
nerationis & generationis suscitabis. & uocaberis  
edificator sep̄um. auertens semitas i quietem. Si  
auerteris a sabbato pedem tuū facere uoluntatem  
tuā. in die sc̄o meo. & uocaberis sabbatū delictū  
& sc̄m dñi gloriosū. & glorificaueris eū dū nō facis



tuas tuas. et non inueniet uoluntas tua ut loquaris  
sermone. tunc delectaberis super domino. et sustollam te su-  
per altitudinem terre: et cibabo te hereditate iacob patris  
tui. Os enim domini locutus est. *S. Marcu.*

**I**n illo .t. *Q*um sero esset factum: erat nauis in medio  
mari: et ihc solus in terra. Et uidens eos laborantes in  
remigando: erat enim uentus contrarius eis. Et circa  
quarta uigilia noctis. uenit ad eos ambulans super  
mare: et uolebat preterire eos. At illi ut uiderunt eum am-  
bulantem super mare. putauerunt fantasma esse. et clama-  
uerunt. Omnes enim eum uiderunt: et turbati sunt.  
Et statim locutus est cum eis: et dixit illis. Confidite. E-  
go sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim. et  
cessauit uentus. Et plus magis inter se stupebant. Non  
enim intellexerant de panibus. Erat enim cor illorum obce-  
catum. Et cum transierassent: puenerunt in terram gene-  
zareth: et applicuerunt. Cumque egressi esset de naui:  
continuo cognouerunt eum. Et percurrentes uniuersam re-  
gionem illam: ceperunt in grabatis eos qui se male ha-  
bebant circumferre. ubi audiebant eum esse. Et quocumque  
intrauit in uicos uel in uillas. aut ciuitates. in plateis  
ponebant infirmos: et deprecabantur eum. ut uel  
simbriam uestimenti eius tangerent. Et quotquot  
tangebant eum. salui fiebant. *Doc. i. xl. Ad corin-*

*thios.*  
**H**ortamur uos ne in uacuum  
gratiam dei recipiatis. At enim. Tempe accepto  
exaudiuit te: et in die salutis adiuuauit te. ecce nunc tem-



pus acceptabile. ecce nūc dies salutis. Memini dantes  
ullam offensionē. ut nō uitupetur ministeriū nr̄m  
s; i om̄ib; exhibeam' nos metip̄sōs sicut dei ministros  
i multa patientia. i tribulationib;. i necessitatib;. i  
i angustijs in plagis. i carcerib;. i seditionib;. i la-  
borib;. i uigilijs. in ieiunijs. in castitate. i scientia.  
i longanimitate. i suauitate. in spū. scō. in caritate  
nō ficta. in uerbo ueritatis. i uirtute dei. p arma iusti-  
cie a dextris et a sinistris. p gl'am et ignobilitatē. p  
infamiam. 7 bonā famam. ut. seductores 7 ueraces.  
sicut qui ignoti 7 cogniti. quasi morientes. 7 ecce ui-  
uimus. ut castigati 7 nō mortificati. quasi tristes  
semp aūt gaudentes. sicut egentes. multos aūt lo-  
cupletantes. tamquā nichil habentes. et oīa pos-  
sidentes. *Scdm. Matheum.*

**I**n illo. t. **D**uctus est ih̄c in desertū a spū: ut temp-  
taret' a dyabolo. Et cū ieiunass; quadraginta die-  
bus 7 quadraginta noctib;. postea esurijt. Et acce-  
dens temptator. dixit ei. Si filius dei es. dic ut la-  
pides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scrip-  
tum ē. Non in pane solo uiuit homo: s; in omni  
uerbo quod pcedit de ore dei. Tūc assumpsit eum  
dyabolus in scām ciuitatē: 7 statuit eū supra pinna-  
culum templi: et dixit ei. Si filius dei es: mitte te  
deorsū. Scriptū ē enī. Quia angelus suus manda-  
uit de te. 7 in manib; tollent te: ne forte offendas  
ad lapidē pedem tuū. At illi ih̄c rursū. Scriptū est.



**N**ō temptabis dñm deū tuū. Iterū assūp̄sit eū dyabol⁹  
in montē excelsū ualde. ⁊ ostendit ei omnia regna  
mūdi ⁊ glām eor⁹: ⁊ dixit illi. hec oīa tibi dabo. si ca-  
dens adoraueris me. Tūc dicit ei ih̄c. Vade sathana?  
Scriptū est enī. Dñm deū tuū adorabis: et illi soli  
seruies. Tūc reliquit eū dyabolus. et ecce angeli ac-

**H**ec dicit dñs. *fr. ij. lxx. Ezechielis*  
Ecce ego ipse requiram *pphe.*  
oues meas: et uisitato eas. Sicut pastor uisitat  
gregem suū. in die quando fuerit in medio ouiuū su-  
arum dissipatar⁹: sic uisitato oues meas ⁊ liberabo  
eas de omibz locis in quibz disperse fuerāt in die nubis  
et caliginis. Et educam eas de pplis. ⁊ congregabo eas  
de terris ⁊ inducam eas in terram suā. ⁊ pascam eas  
in montibz isrl. in ciuitatibz: ⁊ in cunctis sedibz terre. In  
pascuis uberrimis pascam eas: et in montibz excel-  
sis isrl. erūt pascue ear⁹. Ibi requiescent in herbis ui-  
uentibz: et in pascuis pinguibz pascent sup mon-  
tes isrl. Ego pascam oues meas. et eas accubare fa-  
ciam: dicit dñs deus. Quod perierat requiram. et  
quod abiectū fuerat reducam. ⁊ quod fractū erat  
alligabo. et quod infirmū fuerat solidabo. ⁊ quod  
pingue ⁊ forte custodiam: ⁊ pascam illas in iudicio  
⁊ iusticia. Dicit dñs om̄pc. *S. Mathēi.*

**I**n illo. t. Dixit dñs. i. d. s. **Q**um uenerit filius hōis in  
maiestate sua. ⁊ om̄es angeli cū eo. tūc sedebit sup  
sedem maiestatis sue: ⁊ congregabunt ante eū om̄es



gentes. et sepabit eos ab inuicem. sicut pastor segre-  
gat oues ab etis. et statuet oues quide a dextris suis  
hedos aut a sinistris. Tunc dicet rex hys qui a dextris  
eius erunt. Venite benedicti patris mei: possidete pa-  
ratu uobis regnu. a 2stitutione mundi. Esuriui e-  
nim: et dedistis michi manducare. Sitiui: et dedi-  
stis michi bibere. Hospes eram: et collegistis me. nu-  
dus et operuistis me. infirmus et uisitastis me.  
In carcere eram: et uenistis ad me. Tunc respondebit  
ei uultu dicentes. Dne: quando te uidimus esurien-  
tem et paupum te. sicientem et redimus tibi potu:  
Quando autem te uidimus hospitem. et collegimus  
te. aut nudu. et cooperuimus te: Aut quando te  
uidimus infirmu aut in carcere. et uenim ad te:  
et respondens rex: dicet illis. Amen dico uobis: q-  
d u fecistis uni de hys fribz meis minimis michi  
fecistis. Tunc dicet et hys qui a sinistris erunt. Disce-  
dite a me maledicti in igne eternu: qui paratus  
est dyabolo et angelis eius. Esuriui enim: et no de-  
distis michi manducare. Sitiui et no dedistis mi-  
chi potu. Hospes eram et no collegistis me. nudus  
et non operuistis me. infirmus et in carcere. et no ui-  
sitastis me. Tunc respondebit ei et ipsi dicentes. Dne  
quando te uidim esurientem aut sicientem. aut hos-  
pitem. aut nudu. aut infirmu. uel in carcere. et non  
ministrauimus tibi: Tunc respondebit illis dicens.  
Amen dico uobis. qua diu no fecistis uni de mino



ribz hys. nec michi fecistis. Et ibunt hy in supplicium  
 eternū. iusti autem in uitam eternā. *fr. iij. lco. ysa  
 ie pphc.*  
**I**n diebz ill. Locutus ē ysaias ppheta  
 dicens. Querite dñm dum inueniri potest. inuoca  
 te eū dum ppe est. Derelinquat impius uiam suā.  
 et uir iniquus cogitationes suas. et reuertat ad do  
 minū. et miserebitur eius. et ad deū nr̄m qm̄ multū  
 est ad ignoscendū. Non enī cogitationes mee cogi  
 tationes ur̄s. neq; uie mee uie me. dicit dñs. Si  
 cut enī exaltantur celi a terra. sic exaltate sunt uie  
 mee a uis ur̄s. et cogitationes mee a cogitationibz  
 ur̄s. Et quomodo descendit ymber et nix de celo. et  
 illuc ultra nō reuertitur. sed inebriat terram. et in  
 fundit eam. et germinare eam facit. et dat semen  
 ferenti. et panē comedenti. sic erit uerbū meū quod  
 egredietur de ore meo. nō reuertetur ad me uacū.  
 s; faciet quecūq; uolui. et prosperabitur in hys ad  
 que misi illud. Dicit dñs om̄p̄e. *S. Matheū.*

**I**n illo. t. *Q*um intrass; ihc ierosolimā. cōmota est  
 uniuersa ciuitas dicēs. Quis ē hic? Populi autē di  
 cebant. Hic ē ihc ppha. a nazareth galylee. Et intra  
 uit ihc in templum dei. et exciebat omnes uendente  
 et ementes in templo. et mensas nūmularioꝝ. et cathe  
 dras uendentium columbas euerit. et dicit eis. *Scip*  
*tum ē.* Domus mea domus orationis uocabitur.  
 uos autē fecistis illam speluncam latronū. Et ac  
 cesserūt ad eū cec̄i et claudi in templo. et sanauit eos.



Videntes autē principes sacerdotū et scribe mirabilia que  
fecit. et pueros clamantes ī templo et dicentes. osanna  
filio dauid: indignati sūt. et dixerūt ei. Audis quid  
isti dicūt? Ille autē dicit eis. Vtq; Numquā legistis  
quia ex ore infantū et lactantium p̄fecti laudem?  
Et relictis illis abiit foras extra ciuitatē in bethaniā:  
ibiq; docebat eos de regno dei. *fr. iij. Lco. libri Euo*

**I**n diebz illis. **D**ixit dñs ad moysen. Ascende  
ad me in montē. et esto ibi. dabo q; tibi tabulas lapi  
deas. et legem ac mandata que scripsi. ut doceas fili  
os isrl. Surrexerunt moyses et iosue minister eius  
ascendens q; moyses in montē dei. senioribz ait. Ex  
pectate hic: donec reuertamur ad uos. Habetis aa  
ron et hur uobiscū: si qd natū fuerit questionis. re  
feretis ad eos. Cūq; ascendisset moyses: operuit nu  
bes montē. et habitauit glā dñi sup synai. tegens  
illū nube sex diebz. Septimo autē die. uocauit eū de  
medio caliginis. Erat autē species glē dñi. quasi ig  
nis ardens sup uerticem montis: in respectu filioz  
isrl. Ingressus q; moyses medium nebule ascendit  
ī montem: et fuit ibi quadraginta diebz et quadra  
ginta noctibz. *Epla. alia. Lco libri regū.*

**I**n diebz illis. **V**enit helyas in bethabee iuda. et dimi  
sit ibi puerū suū. et prexit in desertū uia unius  
diet. Cūq; uenisset et sederet subter unā uinipoz  
petiuit aīe sue ut moreret et ait. Sufficit michi do  
mine: tolle aīam meā. Neq; enī melior sū quā pa



tres mei. Proiecitq; se: et obdormiuit in umbra iuniperi. Et ecce angelus dñi tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede. Et respexit. et ecce ad caput suum sub cineribus panis et uas aque. Comedit ergo et bibit: et rursus obdormiuit. Reuersusq; est angelus dñi secundo et tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede. Grandis enim tibi restat uia. Qui cum surrexisset: comedit et bibit. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus et quadraginta noctibus. usq; ad montem dei oreb. *S. Mattheum.*

**I**n illo .t. Accesserunt ad ihm scribe et pharisei dicentes. Magister uolumus a te signum uidere. Qui respondens ait illis. Generatio mala et adultera signum querit: et signum non dabitur ei. nisi signum ione pphete. Sicut enim fuit ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus et tribus noctibus. Viri nimiuerte surgent in iudicio cum generatione ista. et contempnabunt eam: quia penitentiam egerunt in predicatione ione. Et ecce plus quam iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista. et contempnabit eam. quia uenit a finibus terre audire sapientiam salomonis. Et ecce plus quam salomon hic. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine: ambulat per loca arida querens requiem et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum meam: unde exiui. Et ueniens inuenit uacantem: scopis mundatam et ornata. Tunc uadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores



se. et intrantes habitant ibi. et sunt nouissima hoīs  
illius petora prioribz. Sic erit et generationi huic  
pessime. Ad huc eo loquente ad turbas. ecce mater  
eius et frēs stabant foris querentes loqui ei. Dixit  
autē ei quidā. Ecce mater tua et frēs tui foris stant.  
querentes te. At ipse respondens. dicenti sibi ait.  
Que ē mater mea. et qui sūt frēs mei. Et extēdens  
manū in discipulos suos. dixit. Ecce mater mea.  
et frēs mei. Quicūq; enī fecerit uoluntatē patris  
mei qui in celis est. ipse meus et frater. et soror et  
mater est. *fr. v. Lcō. Ezechielis pphē.*

**I**n diebz illis. **F**actus ē sermo dñi ad me dicens.  
Quid est quod inter uos parabolam uertitis in pro  
uerbiū istud in terra isrl' dicentes. patres comede  
runt uiuam acerbam. et dentes filioꝝ obstupescūt.  
Viuo ego dicit dñs d's. si erit uobis ultra pabola  
hec in puerbiū in isrl'. Ecce omēs aīe mee sūt. Ut a  
nima patris. ita et aīa filij mea ē. Anima que  
peccauerit ipsa moriet'. Et uir si fuerit iustus. et  
fecerit iudiciū et iusticiā. in montibz nō comederit.  
et oculos suos nō leuauerit ad ydola domus isrl'.  
et uxore proximi sui nō uiolauerit. et ad mulierē  
menstruatam nō accesserit. et hōiem nō stritauerit.  
pignus debitori reddiderit. per uim nichil  
rapuerit. panē suū esurienti dederit. et nudū ope  
ruerit uestimento. ad usurā nō comodauerit. et  
amplius nō acceperit. ab iniquitate auerterit



manū suā. iudiciū uerū fecerit inter uirū ⁊ uirum.  
 ī preceptis meis ambulauerit. ⁊ iudicia mea custo  
 dierit ut faciat ueritatē hic iust' est. uita uiuet.  
 Ait dñs ompc. **S. Iohem.**

**I**n illo. t. Dicebat ihc ad eos qui crediderūt ei iude  
 os. Si uos manseritis ī sermone meo. uere discipuli  
 mei eritis. ⁊ cognoscetis ueritatē. ⁊ ueritas libera  
 bit uos. Responderunt ei. Semen abrahe sumus  
 ⁊ nemini seruiuimus umquā. quom̄ tu dicis li  
 beri eritis. Respondit eis ihc. Amen amē dico uo  
 bis. quia om̄s qui facit peccatū. seruus ē peccati.  
 Seruus autē nō manet in domo in eternū. fili' ma  
 net in eternū. Si ergo filius uos liberauerit. uere  
 liberi eritis. Scio quia filij abrahe estis. s; queritis  
 me interficere. quia sermo meus nō capit in uobis  
 Ego quod uidi apud p̄rem loquor. ⁊ uos que uidist  
 is apud p̄rem uirū facitis. Responderūt ⁊ dixerūt  
 ei. Pater n̄r abrahā est. Dicit eis ihc. Si filij abrahe  
 estis. opa abrahe facite. Nūc autē queritis me inter  
 ficere hoīem qui ueritatē uobis locutus sū. quam  
 audiui a deo. Hoc abraham nō fecit. Vos facitis o  
 pera patris ūri. Dixerūt itaq; ei. Nos ex fornicatio  
 ne nō sumus nati. unū patrē habem' deū. Dixit  
 ergo eis ihc. Si d̄s pater ūr est. diligeretis utiq; me.  
 Ego enī ex deo p̄cessi ⁊ ueni. Nōq; enī a me ipso ueni.  
 s; ille me misit. Quare loquelam meā nō cognosca  
 tis. Quia nō potestis audire sermonē meū. Vos



ex patre diabolo estis: et desideria patris vestri uultis  
facere. Ille homicida erat ab initio: et in ueritate non  
stetit. quia non est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium ex  
probris loquitur. quia mendax est et pater eius. Ego  
autem quia ueritatem dico: non creditis michi. Quis ex  
uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico: quare  
uos non creditis michi? Qui est ex deo uerba dei audit.

**H**ec dicit dominus deus. *fr. vi. lco ezechiel' pphie.*  
Anima que peccauerit: ipsa morietur. Filius  
non portabit iniquitatem patris: et pater non portabit  
iniquitatem filij. Iusticia iusti super eum erit. et impietas  
impij erit super eum. Si autem impius egerit peniten-  
tiam ab omnibus peccatis suis que operatus est. et custo-  
dierit uniuersa precepta mea. et fecerit iudicium et iusti-  
tiam. uita uiuet et non morietur. Omnium iniquitatum  
eius quas operatus est. non recordabor. In iusticia sua.  
quam operatus est uiuet. Nunquid uoluntatis mee est  
mors impij dicit dominus deus. et non ut conuertat a uis  
suis et uiuat? Si autem auerterit se iustus a iusticia  
sua. et fecerit iniquitatem. secundum omnes abhominatio-  
nes quas operari solet impius. nunquid uiuet? Om-  
nes iusticie eius quas fecerat: non recordabunt. In  
peruersione qua peruicacatus est. et in peccato suo quod  
peccauit: in ipsis morietur. Et dixistis. Non est equa  
uia domini. Audite domus israhel. Nunquid uia mea non est  
equa. et non magis uie uite prauae sunt? Cum enim auerte-  
rit se iustus a iusticia sua. et fecerit iniquitatem: mori



etur in eis. In iniudicia sua quā opat' est morietur.  
 Et cū auerterit se impius ab impietate sua quā opat'  
 ē ⁊ fecerit iudiciū ⁊ iusticiā. ipse aīam suā uiuifica  
 bit. Considerans enī ⁊ auertens se ab omībz iniqui  
 tatibz suis quas opatus est: uita uiuet ⁊ nō moriet'  
 Dicit dñs omīpe. *S. Iohem.*

**I**n illo. **E**rat dies festus iudeoz: ⁊ ascendit ihc iero  
 solimā. Est autē ierosolimis pbatica piscina. que cog  
 nominat' hebraice bethsaida. quinqz porticus habēs.  
 In hys iacebat multitudo magna languentium. ce  
 coz. claudoz. aridoz: expectantium aque motū. An  
 gelus autē dñi scdm tempus descendebat ī piscinā  
 ⁊ mouebatur aqua: ⁊ qui prior descendissz ī piscinā  
 post motionē aque. sanus fiebat a quacūqz tene  
 batur infirmitate. Erat autē quidā homo ibi: tri  
 ginta ⁊ octo annos habens in infirmitate sua. hūc  
 cū uidissz ihc iacentē. ⁊ cognouissz quia multū iam  
 tempus habet: dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit  
 ei languidus. Dñe: hōiem nō habeo: ut cū turba  
 ta fuerit aqua mittat me ī piscinā. Dū uenio enim  
 ego: alius ante me descendit. Dicit ei ihc. Surge. tol  
 le grabatū tuū: et ambula. Et statim sanus factus  
 ē homo: et sustulit grabatū suū. ⁊ ambulabat. Erat  
 autē sabbatū in illo die. Dicebāt iudei illi qui sanat'  
 fuerat. Sabbatū est. nō licet tibi collere grabatū tuū.  
 Respondit eis. Qui me fecit sanū: ille michi dixit.  
 Tolle grabatū tuū: et ambula. Interrogauerūt ergo



eū. Quis ē ille homo qui dixit tibi. tolle grabatū tuū  
7 ambula: Is autē qui sanus fuerat effectus: nesciebat  
quis eēt. Ihesus enī declinavit a turba 2stituta ī loco. Po  
stea inuenit eū ihc in tēplo: 7 dixit illi. Ecce sanus  
factus es iam noli peccare. ne deterius tibi aliquid  
2tingat. Abijt ille homo 7 nuntiavit iudeis. quia  
ihc est qui fecit eū sanū. *Sabbato Quattuor 2pm. 16.*

**A** diebz illis. **L**ocutus est moyses *Leo. lib. Deuteronomij.*  
ad dñm dicens. Respice dñe de sanctuario tuo. et  
de excelsis celoz habitaculo: 7 benedic pplō tuo isrl.  
7 terre quā dedisti nobis. sicut iurasti patribz nris  
terrā lacte 7 melle manantē. Audi isrl. Hodie dñs  
dñs tuus pcepit tibi. ut facias mandata eius atq;  
iudicia. 7 custodias ex toto corde tuo. 7 ex tota aīa  
tua. Dñm elegisti hodie. ut sit tibi dñs. et ambules  
ī uis eius. 7 custodias cerimonias illius. 7 man  
data atq; iudicia. 7 obedias eius imperio. 7 dñs  
elegit te hodie. ut sis ei pl's peculiaris. sicut locutus  
ē tibi. 7 custodias oīa precepta eius. 7 faciat te ex  
celsiore cunctis gentibz. quas creauit ī laudē. 7 no  
men 7 gl'am suam. 7 sis pl's scs dñi dei tui. sicut lo  
cutus est tibi. *Soda. ppha. Leo. lib. Deuteronomij.*

**A** diebz illis. **D**ixit moyses filiis isrl. Si custodie  
ritis mandata que ego p'cipio uobis. 7 feceritis ea  
ut diligatis dñm deū ur̄m. 7 ambuleis in oībus  
uis eius. adherentes ei. Dispdet dñs omnes gente  
istas ante faciem ur̄am 7 possidebitis eas. que ma



iores et fortiores uobis sūt. Omnis locus quē calcaue-  
rit pes uester: uester erit. A deserto ⁊ lybano. ⁊ flu-  
mine magno eufrate. usq; ad mare occidentale. e-  
runt termini ur̄i. Nullus stabit extra uos. Terrorem  
ur̄m ⁊ formidīnē dabit dñs d̄s ur̄. sup omnē terrā  
quā calcaturi estis. sicut locutus ē uobis dñs d̄s ur̄.

*Tercia p̄ph̄a. Leo lib. Machaboz.*

**I**n dieb; ur̄. Orationē facebāt sacerdotes. dū offer-  
rent sacrificiū p̄ p̄plo isrl̄. ionatha inchoante. ceteris  
aut̄ respondentib; et dicentib;. Bene faciat uobis  
d̄s. ⁊ meminerit testamēt̄ sui. quod ad abraham et  
ysaac. ⁊ iacob. locutus ē seruoꝝ suoꝝ fidelīū: ⁊ det  
uobis cor omnib; ut colatis eū. ⁊ faciatis eius uo-  
luntatē. Adaperiat cor ur̄m in lege sua. ⁊ i preceptis  
suis: ⁊ faciat pacē. exaudiat orationē ur̄am et re-  
soluet uobis. nec uos deserat in tempe malo. dñs  
d̄s uester. *Quarta p̄ph̄a. Leo. li. sapie.*

**D**eserere ur̄i d̄s omnīū. ⁊ respice nos. ⁊ ostende  
nobis lucē miserationū tuar;. et immitte ti-  
morem tuū sup gentes que nō exquisierunt te. ⁊ cog-  
noscant quia non est dñs nisi tu. ut enarrēt mag-  
nalia tua. Alleva manū tuā sup gentes alienas.  
ut uideant potentiam tuā. Sicut enī in respectu e-  
oꝝ sc̄ificatus es in nobis. sic in respectu nr̄o magni-  
ficaberis in illis. ut cognoscant te sicut ⁊ nos cogno-  
uimus. qm̄ nō est d̄s preter te dñe. In noua signa  
et immuta mirabilia: gl̄ifica manū et brachium



dextrū. excita furore. ⁊ effunde iram. extolle aduersa-  
rium. et afflige inimicū. festina tempus. ⁊ memen-  
to finis: ut enarrant mirabilia tua. dñe d's n'r.

**In diebus illis. Angelus** *Leo Danielis, pphie*

**I** dñi descendit cū azaria ⁊ socijs eius in fornacem.  
et excussit flammā ignis de fornace. ⁊ fecit mediū  
fornacis. q̄si uentū toris flantem. flāma autē dif-  
fusa ē sup fornacē cubitis quadraginta nouē. et i-  
cendit quos reperit iuxta fornacē de chaldeis mi-  
nistros regis qui eam incendebant. illos autē non  
tetigit omnino ignis neq; struxit. nec quicquā  
molestie intulit. Tunc hii tres quasi ex uno ore lau-  
dabāt ⁊ glificabant. ⁊ benedicebāt deū in fornace  
dicentes. *ad Thesaloniceses.*

**Rō. Rogamus uos.** corripite inquietos. sol-  
lanni pusillanimes. suscipite infirmos. pa-  
cientes estote ad omnes. Videte ne quis malū p malo  
alicui reddat. s; semp quod bonū est sectamini in  
inuitē ⁊ in omnes. Semp gaudete. sine intermissio-  
ne orate. in omnibz grās agite. Hec ē enim uolūtas  
dei in xpo ihu. in omnibz uobis. Sp̄m nolite extin-  
guere. pphetias nolite spernere. Omnia autē pbate.  
quod bonū est tenete. ab omni specie mala abstine-  
te uos. Sp̄e autē d's pacis sc̄ificet uos p omnia. ut inte-  
ger sp̄e n'r ⁊ anima ⁊ corpus sine querela i aduentu  
dñi n'r ihu xpi seruet. *S. Mathēi.*

**In illo. t. Assumpsit ihc petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē.**



fr̄m̄ eius. ⁊ ducit illos ī montē excelsū seorsū. ⁊ et  
 transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius  
 sicut sol: uestimēta autē eius sc̄a sūt alba sicut nix.  
 Et ecce apparuit illis moyses ⁊ helyas. cū eo loquētes.  
 Respondens autē petrus: dixit ad ihm. Dñe: bonū  
 est nos hic ēē. Si uis faciamus hic tria tabernacula:  
 tibi unū ⁊ moysi unū. ⁊ helye unū. Adhuc eo loquen-  
 te: ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce uox de  
 nube dicēs. Hic ē filius meus dilectus. ī quo michi  
 bene placuit: ip̄m̄ audite. Et audiētes discipuli: ce-  
 ciderūt in faciē suā. ⁊ timuerūt ualde. Et accessit  
 ih̄s ⁊ tetigit eos. dixitq; eis. Surgite ⁊ nolite timere.  
 Leuantes autē oculos suos. neminē uiderūt nisi solū  
 ihm. Et descendētibz illis de monte: p̄cepit ih̄s di-  
 cens. Nemini dixeritis uisionē donec filius hoīs a  
 mortuis resurgat. *Dō. ii. i. xl. Ad Thesaloniceses.*

**R**ogamus uos ⁊ obsecramus ī dño ih̄u:  
 ut quēadmodū accepistis a nobis. quom̄ uos  
 oporteat ambulare ⁊ placere deo sicut ⁊ ambulati  
 ut habundetis magis. Scitis enī que p̄cepta dede-  
 rim uobis p̄ dñm̄ ihm. Hec ē enī uolūtas dei sc̄ifica-  
 tio ur̄a. ut abstinēatis uos a fornicatione. ut sciat  
 unusquisq; utrū suū uas possidere in sc̄ificatione ⁊  
 honore. nō in passione desiderij. sicut ⁊ gētes que ig-  
 norant deū. ut nequis sup̄grediat̄ neq; circumueniat  
 ī negotio fr̄m̄ suū. qm̄ iudex est dñs de hys om̄ibz  
 sicut p̄dixim⁹ uobis ⁊ testificati sumus. Non enī uoca-



uit nos d̄s ī immundiciā s; in sc̄ificationē. in xp̄o ih̄u  
d̄no n̄ro. *S. Marthē.*

**N**ullo. t. **E**gressus ih̄c. secessit ī partes tyri & sydonis.  
Et ecce mulier chanaanica a finib; illis egressa: clama-  
uit dicēs. Misere mei d̄ne fili dauid. filia mea ma-  
le a demonio uexatur. Qui nō respondit ei uerbum.  
Et accedentes discipuli eius: rogabant eū dicentes.  
Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem  
respondens ait. Non sū missus: nisi ad oues que pe-  
rierunt domus isrl̄. At illa uenit: & adorauit eū di-  
cens. D̄ne: adiuua me. Qui respondens ait. Non  
ē bonū sumere panē filioꝝ: et mittere canib;. At il-  
la dixit. Et̄ā d̄ne. Nam & catelli edunt de micis: que  
cadunt de mensa d̄noꝝ suoꝝ. Tūc respondēs ih̄c:  
ait illi. O mulier. magna est fides tua: fiat tibi si-  
cut uis. Et sanata ē filia eius ex illa hora. *fr̄. ii.*

**I**n dieb; ill. **O**rauit da *Lō daniel p̄ph̄e.*  
niel dicens. D̄ne d̄s n̄r qui eduxisti ppl̄m tuū de ter-  
ra egypti ī manu forti. & fecisti tibi nomen sc̄dm  
diem hanc. peccauimus iniquitatē fecimus d̄ne.  
ī omnē iusticiam tuā. Auertatur obsecro ira tua &  
furoꝝ tuus a ciuitate tua ierl̄m. & monte sc̄o tuo.  
Propter p̄ccā enī n̄ra et iniquitates patrū n̄roꝝ:  
ierl̄m & ppl̄s tuus in obprobrium sūt om̄ib; p̄ circuitū  
n̄m. Nunc ergo exaudi d̄s n̄r orationē serui tui &  
p̄ces eius. & ostende faciē tuā sup sc̄uarū tuū quod  
desertū est. Propter temetipsū inclina d̄s meus aurē



tuā ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ uide. desolationem  
nrām. et ciuitatē sup quā inuocatū est nomen tuū.  
Neq; enī in iustificationib; nrīs psterimus preces  
ante faciem tuā: sed in miserationib; tuis multis.  
Exaudi dnē: placare dnē: attende ⁊ fac. Ne moreris  
p̄ te met ipsum d̄s meus. quia nomen tuū inuoca-  
tum ē sup ciuitatē et sup pplm tuū dnē d̄s nr.

**I**n illo. **D**ixit dn̄s ih̄c turbis **S. Ioh̄em.**  
iudeor. Ego uado. ⁊ queretis me. ⁊ in peccato uestro  
moriemini. Quo ego uado: uos nō potestis uenire.  
Dicebant ergo iudei. Nūquid interficiet semetipsū  
quia dicit quo ego uado. uos nō potestis uenire.  
Et dicebat eis. Vos deorsum estis: ego de supnis sū.  
Vos de mundo hoc estis: ego nō sum de hoc mundo.  
Dixi ergo uobis: quia moriemini in peccatis ur̄is.  
Si enī nō credideritis quia ego sum: moriemini ē  
p̄ccō ur̄o. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ih̄c.  
Principiū qui ⁊ loquor uobis. Multa habeo de uo-  
bis loqui ⁊ iudicare. s; qui misit me uerax ē. ⁊ ego  
que audiui ab eo. hec loquor ī mūdo. Et nō cognoue-  
runt quia patrem eis dicebat deū. Dixit ergo eis ih̄c.  
Cū exaltaueritis filiū hōis. tunc cognoscetis quia e-  
go sum. et a me ipso facio nichil. s; sicut docuit me  
pater. hec loquor. Et qui me misit metū est. Non re-  
liquit me solum: quia ego que placita sūt ei. facio

**I**n dieb; ill. **F**actus **fr̄. iij. lxx. libri Regū.** **S**emper  
est sermo dn̄i ad helyam thesbitem dicens. Surge et



uade in sarepta sidonior: et manebis ibi. Precepi enim  
ibi mulieri uidue. ut pascat te. Surrexit et abiit in sa  
repta. Cumque uenisset ad portam ciuitatis. apparuit  
ei mulier uidua colligens ligna. Et uocauit eam:  
dixitque ei. Da michi paululum aque in uase. ut bi  
bam. Cumque illa pgeret ut afferret. clamauit post ter  
gum eius dicens. Affer michi obsecro et bucellam pa  
nis in manu tua. Que respondit. Viuit dominus deus tuus:  
quia non habeo panem. nisi quantum pugillus capere  
potest farine in ydria. et paululum olei in lechito. En  
colligo duo ligna. ut ingrediar. et faciam illud michi  
et filio meo: ut comedamus et moriamur. Ad quam  
hehas ait. Noli timere. sed uade et fac sicut dixisti. Ve  
rumptamen michi primum. fac de ipsa farina subci  
nericum panem paruulum et affer ad me: tibi autem et fi  
lio tuo facies postea. Hec autem dicit dominus deus israel. Ydria  
farine non deficiet nec lechitus olei minuetur. usque  
ad diem in qua daturus est dominus pluuiam super faciem ter  
re. Que abiit. et fecit iuxta uerbum hehe. Et comedit  
ipse et illa: et domus eius. Et ex illa die ydria farine  
non defecit. et lechitus olei non est imminutus iuxta uer  
bum domini. quod locutus est in manu hehe. **S. Mai**

**I**n illo. t. **L**ocutus est ihc ad turbas et ad <sup>discipulos</sup>  
discipulos suos dicens. Super cathedram moysi se  
derunt scribe et pharisei. Omnia ergo quecumque dice  
runt uobis seruate et facite. secundum opera uero eorum noli  
te facere. Dicunt enim et non faciunt. Alligant autem one



ra graua ⁊ importabilia. ⁊ imponūt in humeros ho  
 minū: digito autē suo nolūt ea mouere. Omnia uero o  
 pera sua faciunt: ut uideantur ab hōibz. Dilatant enī  
 filacteria sua: ⁊ magnificant fimbrias. Amant autē  
 primos recubitus in cenis: ⁊ primas cathedras in sy  
 nagogis. ⁊ salutationes in foro: ⁊ uocari ab homini  
 bus rabbi. Vos autē nolite uocari rabbi. Unus ē enī  
 magister ūr: omnes autē uos frēs estis. Et patrem  
 nolite uocare uobis sup̄ terram. Unus est enī pater  
 ūr qui in celis est. Nec uocemini magistri: quia ma  
 gister uester unus ē xp̄c. Qui maior est ur̄m. erit mi  
 nister uester. Qui autē se exaltauerit humiliabitur:  
 ⁊ qui se humiliauerit exaltabitur. *fr̄. iiii. Lcō libri*

*hester.*  
**A** diebz ill. **O**rauit hester ad dñm di  
 cens. Dñe dñe rex om̄p̄: in tua ditione cuncta sūt  
 posita. ⁊ non est qui possit tue resistere uoluntati.  
 Si decreueris saluare nos: continuo liberabimur. Tu  
 enī dñe fecisti celū ⁊ terrā: ⁊ quicquid celi ambitu  
 retinetur. Tu es dñs omnū. ⁊ nō est qui resistat uo  
 luntati tue. Et nūc dñe rex regum d̄s abrahā mise  
 rere pplō tuo: quia uolunt nos inimici nr̄i pdere.  
 ⁊ hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā quā  
 redemisti tibi: s; exaudi deprecationē nr̄am. ⁊ p̄picius  
 esto sorti ⁊ funiculo hereditatis tue. ⁊ uerte luctum  
 nr̄m in gaudiū. ut uiuentes laudem nomen tuū.  
 Et ne pdas ora camentium te dñe d̄s nr̄. *s. Mathyeū.*  
**N**illo. t. **A**scendens ih̄c ierosolimam assūpsit duode



cum discipulos secreto. et ait illis. Ecce ascendimus  
ierosolimam: et filius hominis tradetur principibus sacer  
dotum et scribis: et condemnabitur eum morte. Et tradent  
eum gentibus ad illudendum et flagellandum. et crucifi  
gendum: et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum ma  
ter filiorum zebedei cum filiis suis: adorans et petens a  
liquid ab eo. Qui dixit ei. Quid uis? Ait illi. Dic  
ut sedeant hi duo filii mei. unus ad dexteram tuam.  
et unus ad sinistram: in regno tuo. Respondens  
autem ihesus dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere  
calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei. Possimus?  
Ait illis. Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad  
dexteram meam et sinistram non est meum dare uobis. sed  
quibus patrum est a patre meo. Et audientes decem: in  
dignati sunt de duobus fratribus. Ihesus autem uocauit eos ad  
se. et ait. Scitis quia principes gentium dominantur  
eorum. et qui maiores sunt potestate exercent in eos.  
non ita erit inter uos: sed quicumque uoluerit inter uos  
maior fieri. sit uester minister. et qui uoluerit inter  
uos primus esse. erit uir seruus: sicut filius hominis non  
uenit ministrari sed ministrare. et dare animam suam  
redemptionem pro multis. *Fr. v. Lco ieremie proph.*

**H**ec dicit dominus. *Maledictus homo qui confidit in  
homine. et ponit carnem brachium suum. et a domino re  
cedit cor eius. Erat enim quasi myrica in deserto. et non in  
debet cum uenerit bonum. sed habitabit in siccitate in deserto. in terra  
salsuginis et inhabitabilis. Benedictus uir qui confidit in domino. et erit dominus*



fiducia ei. Et erit quasi lignum quod transplantat super aquas quod ad hu-  
morem mittit radices suas. et non timebit cum uene-  
rit aestus. et erit folium eius uiride. et in tempore sic-  
citatibus non erit sollicitum. nec aliquando desinet fa-  
cere fructum. Primum est cor hominis et inscrutabile. quis  
cognoscat illud. Ego dominus scrutans cor et probans renes.  
qui do unicuique iuxta uiam et iuxta fructum adin-  
ventionum suarum. Dicit dominus omnipotens. *S. Iohann.*

**I**n illo. t. Dixit dominus ihesu turbis iudeorum. Non possunt  
ego a me ipso facere quicquam. Sicut audio iudico.  
et iudicium meum iustum est. quia non quero uolunta-  
tem meam. sed uoluntatem eius qui misit me. Si ego  
testimonium perhibeo de me testimonium meum non est  
uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me. et scio  
quia uerum est testimonium quod perhibet de me. Vos  
misistis ad iohannem et testimonium perhibuit ueritati.  
Ego autem non ab homine testimonium accipio. sed hec di-  
co ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lu-  
cens. uos autem uoluistis exultare ad horam in luce. et  
ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera  
enim que dedit michi pater ut perficiam ea. ipsa opera  
que ego facio testimonium perhibent de me. quia pa-  
ter me misit. Et qui misit me pater. ipse testimoni-  
um perhibuit de me. Neque uocem eius unquam audistis.  
neque speciem eius uidistis. Et uerbum eius non habetis  
in uobis manens. quia quem misit ille huc uos non  
creditis. Scrutamini scripturas. quia uos putatis in



ipsis uitā eternā habere. Et ille sūt testimoniū p̄hi-  
bent de me. ⁊ nō uultis uenire ad me. ut uitā habea-  
tis. Claritatē ab hominibz nō accipio. s; cognoui  
uos quia dilectionē dei non habetis in uobis. Ego  
ueni in nōie patris mei. ⁊ nō accipitis me. Si alius  
uenerit ī nōie suo. illū accipietis. Quomodo potes-  
tis uos credere qui glām ab inuicē accipitis ⁊ glām  
que a solo est deo non queritis. Nolite putare quia  
ego accusaturus sūm uos apud p̄tē. Est qui accuset  
uos moyses in quo uos speratis. Si enī crederetis  
moysi. crederetis forsitan ⁊ michi. De me enī ille  
scripsit. Si autē illius litteris nō creditis. quom̄ meis  
uerbis credetis. *fr. vi. Lō libri Genesis.*

**A** diebz ill. **D**ixit ioseph fr̄bz suis. Audite somp-  
nium meū quod uidi. Putabam ligare nos mani-  
pulos in agro. et quasi resurgere manipulū meū  
⁊ stare. utrosq; manipulos circūstantes adorare  
manipulū meū. Responderūt fr̄s eius. Nūquid  
rex nost' eris. aut subiciemur ditioni tue. Hec ergo  
causa sompniōz atq; sermonū. inuidie ⁊ odi fo-  
mitem ministravit. Aliud quoq; uidit sompniū.  
quod narrans fr̄tribz ait. Vidi p̄ sompniū quasi  
solem ⁊ lunā ⁊ stellas undecim adorare me. Quod  
cū patri suo ⁊ fr̄bz retulisset. increpauit eū pater  
et dixit. Quid sibi uult hoc sompniū quod uidisti.  
Nūquid ego ⁊ mater tua. ⁊ fr̄s tui adorabimus te  
sup̄ terram. Inuidebant igit' ei fr̄s sui. pater ue-



to rem tacitus considerabat. Cūq; fr̄es illius ī pascen-  
 dis gregibz patris morarentur in sychem. dixit ad eū  
 isrl. Fratres tui pascunt oues ī sicinys? ueni mittā  
 te ad eos. Quo respondente presto sum ait. Vade et  
 uide si cuncta prospera sunt erga fr̄es tuos et pecora?  
 et renuncia michi quid agatur. Nullus de ualle e-  
 bron? uenit ī sychem. Inuenitq; eū uir errantē ī agro?  
 et interrogauit quid quereret. At ille respondit. fra-  
 tres meos quero. Iudica michi ubi pascant greges.  
 Dixitq; ei uir. Reuerserūt de loco isto? audiui autē  
 eos dicentes. Eamus in dothaim. Perrexit ḡ ioseph  
 post fr̄es suos? et inuenit eos ī dothaim. Qui cū u-  
 didissent eum pcul. antequā accederet ad eos. cogita-  
 uerunt illū occidere? et mutuo loquebant. Ecce  
 somniator uenit. Venite occidamus eū. et mit-  
 tamus ī cisternā ueterē. dicemusq; fera pessima  
 deuorauit eū? et tūc apparebit quid illi p̄ sint som-  
 nia sua. Audiens autē hoc ruben? nitebatur libe-  
 rare eū de manibz eoz? et dicebat. Non interficia-  
 mus aīam ei? nec effundamus sanguinē. s; pro-  
 cite eū in cisternā hanc que est in solitudine? ma-  
 nusq; ūras seruate innoxias. Hoc autē dicebat?  
 uolens eripere eū de manibz eoz? et reddere p̄t suo.

Nullo. t. **D**ixit dñs ih̄c **S. Matheū.**  
 discipulis suis. et turbis iudeoz. pabolam hāc. ho-  
 mo erat paterfamilias qui plantauit uineā. et se-  
 pem circūdedit ei. et fodit in ea torcular. et edificauit



turrin. ⁊ locauit eam agricolis. ⁊ peregre pfectus ē.  
**C**ū autē tempus fructuū appropinquass: misit ser-  
uos suos ad agricolas. ut acciperēt fructus ei. **E**t  
agricole apprehensis seruis eius. aliu ceciderūt. a-  
lium occiderūt: aliu uero lapidauerūt. **I**terū misit  
altos seruos plures priorib: ⁊ fecerūt illis similit.  
**N**ouissime autē misit ad eos. filiū suū dicens. **V**erebun-  
tur filiū meū. **A**gricole autē uidentes filiū: dixerūt  
intra se. **H**ic est heres. **V**enite occidamus eū. ⁊ ha-  
bebimus hereditatē eius. **E**t apprehensū eum eiecerūt  
extra uineā: et occiderūt. **C**um ergo uenerit dñs  
uinee: quid faciet agricolis illis. **A**unt illi. **M**a-  
los male pdet: et uineā suā locabit alijs agricolis.  
qui reddant ei fructū tempib: suis. **D**icit illis ihc.  
**N**ūquā legistis in scripturis. **L**apidē quē reprobauē-  
runt edificantes. **H**ic factus ē in caput anguli. a  
dño fr̄m ē istud. et ē mirabile ī oculis nr̄is. **I**deo di-  
co uobis: quia auferet a uobis regnū dei. ⁊ dabit  
genti facienti fructus ei. **E**t qui ceciderit sup lapi-  
dem istū ⁊ fringetur: sup quē uero ceciderit. ⁊ teret  
eū. **E**t cū audissent principes sacerdotū ⁊ pharysee  
pabolas eius: cognouerūt quod de ipsis diceret.  
**E**t querentes eū tenere timuerūt turbas: quoniā si-  
cut pphetam eū habebant. **Satto. Lō lvi Genes.**

**A**dieb: ill. **D**ixit rebecca filio suo iacob. **A**udiu-  
i p̄m tuū loquentē cū esau fr̄e tuo: ⁊ dicentem ei.  
**A**ffer michi de uenatione tua ⁊ fac cibos ut come



dam. et bñdicā tibi coram dño. antequā moriar. Nūc  
 ergo fili mi acquiesce filiis meis: et pergens ad gre  
 gem. affer michi duos hedos optimos. ut faciam ex  
 eis escas patri tuo quibz libenter uescatur. quas tū  
 intuleris et comederit. bñdicat tibi prius quā mori  
 atur. Cui ille respondit. Nostis quod esau frater meus  
 homo pilosus sit et ego lenis. Si attractauerit me  
 pater meus et senserit. timeo ne putet me sibi uoluisse  
 illudere. et inducat sup me maledictionē p bene  
 dictione. Ad quē mater. In me sit aut ista maledictio  
 fili mi. tantū audi uocē meā. et pergens affer que  
 dixit. Abiit et attulit: dedit qz matri. Parauit illa ci  
 bos sicut nouerat uelle patre illius. et uestibz esau  
 ualde bonis quas apud se habebat domi induit  
 eū. pellitulas qz hedoz circūdedit manibz. et colli  
 muda ptextit. Deditqz pulmentū. et panes quos coxe  
 rat tradidit. Quibz illatis dixit. Pater mi. At ille  
 respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitqz ia  
 cob. Ego sū esau primogenit' tuus. Feci sicut pcepis  
 ti michi. Surge sede et comede de uenatione mea.  
 ut benedicat michi aīa tua. Rursū ysaac ad filiū  
 suū. Quomō inquit tam cito inuenire potuisti fili mi.  
 Qui respondit. Volūtas dei fuit: ut cito michi occur  
 teret quod uolebam. Dixitqz ysaac. Accede huc ut  
 tangam te fili mi: et pbem utrū tu sis filius meus  
 esau an nō. Accessit ille ad patre. Et palpato eo: dix  
 it ysaac. Vox quidē uox iacob est: sed manus man'



sunt esau. Et nō cognouit eū: quia pilose manū si-  
militudinē maioris expresserāt. Benedicēs ergo illi  
ait. Tu es filius meus esau. Respondit. Ego sum.  
At ille. affer michi inquit cibos de uenatione tua:  
fili mi: ut benedicat tibi aīa mea. Quos cū obla-  
tos comedisset: obtulit ei etiā uinū. Quo hausto:  
dixit ad eū. Accede ad me & da michi osculū fili mi.  
Accessit: & osculatus est eū. Statimq; ut sensit uesti-  
mentoz illius fragrantiam: benedicēs ait. Ecce o-  
dor filij mei: sicut odor agri. cui benedixit dñs. Det  
tibi dñs de rore celi & de pinguedine terre habun-  
dantiā. frumenti & uini & olei. & seruiant tibi ppli.  
et adorent te tribus. Esto dñs fratru tuoz: et incur-  
uentur ante te filij matris tue. Qui maledixerit  
tibi maledictus erit. & qui benedixerit tibi benedic-  
tionib; repleatur. **V**ix ysaac sermonē impleuerat  
et egresso iacob foras. uenit esau. coctos q; de uena-  
tione cibos. intulit patri dicens. Surge pater mi  
& comede de uenatione filij tui: ut benedicat michi  
aīa tua. Dixitq; illi ysaac. Quis enī es tu. Qui re-  
spondit. Ego sū filius tuus primogenitus esau.  
Expauit ysaac. stupore uehementi: & ultra quam  
credi potest admirans ait. Quis igit̄ ille ē qui du-  
dū captā uenationē attulit michi. Et comedi ex  
omib; prius quā tu uenires. benedixiq; ei. & erit  
bñdictus. Auditis esau sermonib; patris. irrugit  
clamore magno: et 2sternatus ait. Benedic etiā &



michi pater. mi. Qui ait. Venit germanus tuus  
 fraudulenter. et accepit benedictionem tuam. At ille sub  
 iunxit. Iuste uocatum est nomen eius iacob. supplantauit  
 enim me in altera uice. Primogenita mea ante  
 tulit. et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rur  
 sumque ad patrem. Numquid non reseruasti autem michi bene  
 dictionem. Respondit ysaac. Dominum tuum illum con  
 stitui. et omnes fratres eius seruituti illius subiungam.  
 frumento et uino stabiliui eum. et tibi post haec fili  
 mi ultra quid faciam. Cui esau ait. Num unam in  
 quit tantum benedictionem habes pater. Michi quippe  
 obsecro. ut benedicas. Cumque euulatu magno fletet.  
 motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terre et in ro  
 re celi desuper erit benedictio tua. *Secundum Lucam.*

**I**n illo. t. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Homo quodam  
 habuit duos filios. et dixit adolescentior ex illis  
 patri. Pater da michi portionem substantie. que me  
 contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post mul  
 tos dies aggregatis omnibus adolescentior filius pere  
 gre profectus est in regionem longinquam. et ibi dissipa  
 uit substantiam suam. uiuendo luxuriose. Et postquam  
 omnia consummasset. facta est fames ualida in regione illa.  
 et ipse cepit egere. Et abiit et adhesit uni ciuium regio  
 nis illius. et misit illum in uillam suam. ut pasceret por  
 cos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis. quas  
 porci manducabant. et nemo illi dabat. In se autem  
 reuersus dixit. Quanti mercennarii patris mei habui



dant panibus. ego autem hic fame pereo. Surgam et  
ibo ad patrem meum. et dicam illi. Pater. peccavi in  
celum et coram te. et iam non sum dignus uocari fili  
us tuus. fac me sicut unum de mercenariis tuis.  
Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem ad huc  
longe esset. uidit illum pater ipsius. et misericordia  
motus est. Et accurrens cecidit supra collum eius et  
osculatus est eum. Dixitque et filius. Pater peccavi in  
celum et coram te. iam non sum dignus uocari filius  
tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. cito perferre  
stolam primam et induite illum. et date anulum in ma  
phibeo de me ipſo uerū eſt teſtimoniū meū. quia ſcio  
unde ueni et quo uado. uos aut̄ nescitis unde uenio  
aut quo uado. Vos ſcđm carnē iudicatis: ego nō iu  
dico quemquā. Et ſi iudico ego: iudiciū meū uerū eſt.  
quia ſolus nō ſum. ſ; ego et qui me miſit pater. Et in  
lege uſa ſcriptū eſt: quia duoz hominū teſtimoniū  
uerū eſt. Ego ſū qui teſtimoniū phibeo de me ipſo: et  
teſtimoniū phibet de me qui miſit me pater. Dice  
bant ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpondit ihc. Neq;  
me ſcitis: neq; patrem meū. Si me ſciretis: forſitan  
et patre meū ſciretis. Hec ūba locut̄ eſt ihc. ī gazophi  
latis: docens ī templo. Et nemo apprehendit eum.  
quia necdū uenerat hora eius. *Doc̄ in paſſione dñi*

*Rō.* **X**pc aſſiſtens pontifex *ad hebreos.*  
futuroz bonoz. p̄ amplius et p̄fectius taber  
naculū nō manufactum. id eſt nō hui' creationis.  
neq; p̄ ſanguinē hyrcoz aut uituloz. ſ; p̄ pprium ſan  
guinem introiit ſemel in ſcā: eterna redemptione  
inuenta. Si enī ſanguis hyrcoz. et thaur̄oz ⁊ cinis  
uicūle aſpluſ inquinatos ſcificat ad emundationē  
carnis: quantum magis ſanguis xpi. qui p̄ ſp̄m ſc̄m  
ſemetipſū obtulit immaculatū deo. emundauit cō  
ſcientiā nr̄am ab opibz mortuis. ad ſeruendū deo  
uiuenti: Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: ut



morte intercedente. i redemptione earu puaricationu  
que erant sub priori testamento remissionem accipiat  
qui uocati sunt eterne hereditatis. In xpo ihu dno nro.

**A**llo. t. Dicebat dñs ihc turbis **S. Iohem.**  
iudeoz. et principibz sacerdotu. Quis ex uobis ar  
guet me de pcco: Si ueritate dico: quare uos non  
creditis michi: Qui e ex deo: uerba dei audit. Prop  
terea uos no auditis: quia ex deo no estis. Responde  
runt igit iudei: et dixerunt ei. Nonne bene dicim nos  
quia samaritanus es tu. et demoniu habes: Respon  
dit ihc. Ego demoniu no habeo: s; honorifico patre  
meu. et uos inhonorastis me. Ego aut no quero glo  
riam mea: e qui querat et iudicet. Amen am dico uobi  
si quis sermonem meu seruauerit: mortem no uidebit in  
i eternu. Dixerunt g iudei. Nunc cognouim quia demo  
nium habes. Abrahā mortuus e. et pphete: et tu di  
cis si quis sermonem meu seruauerit. no gustabit mor  
tem i eternu. Numquid tu maior es patre nro abrahā  
qui mortuus e. Et pphete mortui sunt. Que te ipsum  
facis: Respondit ihc. Si ego glorifico me ipsu. gla mea  
nichil e. Est pater meus qui glorificat me. que uos  
dicitis quia ds nr e. et no cognouistis eu: ego autem  
nouu eu. Et si dixerem quia no scio eu: ero similis uo  
bis mendax. S; scio eu: et sermonem ei seruo. Abrahā  
pater ur exultauit ut uideret diem meu. et uidit. et  
gausus e. Dixerunt g iudei ad eu. Quinquaginta  
annos nondū habes: et abrahā uidisti: dixit eis



ihc. Amō am̄ dico uobis: antequā abrahā fieret  
ego sū. Tulerūt ergo lapides: ut iacerent in eum.  
Ihc aut abscondit se. et exiit de templo. *fr. ii. lco*

**I**n diebz illis. **F**actū est uerbū dñi. *ione pphē*  
ad ionā pphetam scdo dices. Surge & uade in nini  
uen ciuitatē magnā: et p̄dica in ea p̄dicationem  
quā ego loquor ad te. Et surrexit ionā: & abiit ī ni  
niuen iuxta uerbū dñi. Et ninuue erat ciuitas mag  
na. itinere dierz triū. Et cepit ionā introire ī ciuita  
tem itinere diei unius: et clamauit & dixit. Ad huc  
quadraginta dies: & ninuue subuertet. Et credide  
runt uiri ninuuite ī dño. & p̄dicauerūt ieiunū. et  
uestiti sūt sacco a maiore usq; ad minore. Et perue  
nit uerbū ad regē. ninuue: & surrexit de solio suo. et  
abiecit uestimentū suū a se. et indutus est sacco. &  
sedit ī cinere. Et clamauit et dixit ī ninuue ex ore re  
gis & principū eius dices. Hōies & iumenta & boues  
et pecora nō gustent quicquā nec pascantur. & aquā  
nō bibant. et operiantur sacco hōies. & iumenta  
clament ad deum ī fortitudine: & quertatur uir a  
uia sua mala. & ab iniquitate que ē in manibz eoz.  
Quis scit si quertatur & ignostat d̄s. & reuertatur  
a furore ire sue et nō peribimus. Et uidit d̄s opa  
eoz. quia uersi sūt de uia sua mala. et misertus ē  
p̄plo suo dñs d̄s nr. *S. iohem.*

**I**n illo t. Misertunt principes & pharisei ministros: ut  
apprehenderēt ihm. Dixit ḡ ihc. Ad huc modicū t̄p̄e



uobiscū sum. ⁊ uado ad eū qui me misit. Queritis me ⁊  
 nō inuenietis. et ubi sum ego. uos nō potestis uenire.  
 Dixerūt g̃ iudei ad semetip̃s. Quo hic iturus ē. quia  
 nō inueniem⁹ eū. Nūquid ī dispersionē gentiū iturus  
 ē et doctur⁹ gentes. Quis ē hic sermo quē dixit. querete  
 me ⁊ nō inuenietis. ⁊ ubi sū ego uos nō potestis ueni  
 re. In nouissimo autē die magno festiuitatis stabat  
 ih̃c et clamabat dicens. Siquis sitit. ueniat ad me ⁊ bi  
 bat. Qui credit ī me sicut dicit scriptura. flumina de  
 uentre ei⁹ fluent aque uiue. Hoc autē dixit de spū quē  
 accepturi erant credentes ī eum. *fi. iij. Lō Danielis*

*pphe.*  
**N** diebz ill. Congregati sūt babiloni ad  
 regem. et dixerūt ei. Trade nobis danielē. qui bel de  
 struxit. ⁊ draconē interfecit. Alioquin. interficiem⁹  
 te. ⁊ domū tuā. Vidit ergo rex. quod irruerent ī eū ue  
 hementer. et necessitate sp̃ullus. tradidit eis danielē.  
 Qui miserūt eū in lacū leonū. et erat ibi diebz sex.  
 Porro ī lacu erāt leones septē. ⁊ dabant⁹ eis cotidie  
 duo corpa. ⁊ due oues. et tūc nō data sūt eis. ut deuo  
 rarent danielē. Erat autē abacuc p̃pheta ī iudea. ⁊ tpe  
 coxerat pulmentū. ⁊ intruerat panes ī alucolo. ⁊ ibat  
 in campū ut ferret messoribz. Dixitq; angelus dñi  
 ad abacuc. ser prandū quod habes in babilonem  
 danieli. qui est in lacu leonū. Et dixit abacuc. Dñe  
 babilonē nō uidi. et lacū nescio. Et apprehendit eū  
 angelus dñi in uertice eius. ⁊ portauit eū capillo  
 capitis sui. posuitq; eū in babilone sup lacū in impe



tu sp̄s sui. Et clamauit abacuc dicēs. Daniel serue  
dei: tolle prandiuū quod misit tibi d̄s. Et ait daniel.  
Recordatus enī es mei dñe d̄s m̄s: et nō dereliquisti  
diligētes te. Surgēs q̄ daniel comedit. Porro ange  
lus dei restituit abacuc refectim ī locū suū. Venit  
ḡ rex die septima ut lugeret danielē. et uenit ad la  
cū. ⁊ introspectit. Et ecce daniel sedens ī medio leo  
nū. Et exclamauit rex uoce magna dicens. Magn⁹  
es dñe d̄s danielis. Et extraxit eū de lacu: illos  
autē qui p̄ditionis eius causa fuerāt. intromisit ī  
lacū. et deuorati sūt ī momento corā eo. Tūc rex  
ait. Paueant habitantes ī uniuersa terra deū da  
nielis. quia ip̄s ē liberator ⁊ saluator. faciens sig  
na ⁊ mirabilia ī celo ⁊ ī terra. qui liberauit danielē  
de lacu leonū. *S. Jolhem.*

*A* illo. r. *A*mbulabat ih̄c in galyleā. nō enī uole  
bat in iudeam ambulare: quia querebāt eum  
iudei interficere. Erat autē in pximo dies festus  
iudeorū scenophegia. Dixerūt autē ad eū fr̄s eius.  
Transi hinc ⁊ uade in iudeam: ut ⁊ discipuli tui uide  
ant opa tua que facis. Nemo quippe ī occulto q̄  
facit. ⁊ querit ip̄se ī palam eē. Si hec facis: mani  
festa te ip̄m mūdo. Neq̄ enī fr̄s eius credebant in  
eū. Dixit ḡ eis ih̄c. Tempus meū nondū aduenit  
tempus autē ūm̄ semp̄ ē patū. Nō potest mūdos  
odisse uos. me autē odit. quia ego testimoniū phi  
beo de illo: quia opa eī mala sūt. Vos ascendite



ad diem festū hūc. ego nō ascendo ad diem festū istū  
 quia meū tpc nondū impletū ē. Hec cū dixisset: ipse  
 mansit ī galylea. Vt autē ascenderūt frēs eius. tunc  
 ipse ascendit ad diē festū. nō manifeste. s; quasi ī oc-  
 culto. Iudei g̃ querebāt eū in die festo: & dicebant.  
 Vbi ē ille. Et murmur multus de eo erat in turba.  
 Quidā enī dicebant quia bonus ē. alij autē dicebāt.  
 nō. s; seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur  
 de illo. p̃t̃ metū iudeorū. **fr̃. iiii. Lco libri Leuitici.**

**I**n diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Ego dñs  
 ds̃s iur. Nō facies furtū. nō mentiemini: nec decipiet  
 unūquisq; proximū suū. Nō purabis ī nōte meo: nec  
 pollues nomen dñi dei tui. Ego dñs. Nō facias calump-  
 niam pximo tuo: nec ui opprimes eū. Nō morabitur  
 opus mercennarij tui. apud te usq; mane. Nō maledi-  
 ces surdo. nec corā ceco ponas offendiculū. s; timebis  
 dñm deū tuū. quia ego sum dñs. Non facies quod  
 iniquū ē. nec iniuste iudicabis. nec 2sideres p̃sonam  
 paupis. nec honores uultū potentis. Iuste iudica px-  
 imo tuo. Nō eris criminator et susurro ī pplis. Nō stabi-  
 stra sanguinē pximi tui. Ego dñs. Nō oders frēm  
 tuū in corde tuo. s; publice argue eū: ne habeas su-  
 per illo peccatū. Nō queres ultionē. nec memor eris  
 iniurie ciuū tuorū. Diliges amicū tuū: sicut te ipm.  
 Ego dñs. Leges meas custodite. Ego enī sum. dñs  
 ds̃s uest̃. **S. iohem.**

**I**n illo. t. **F**acta sūt encenia ī ierosolymis: & yemps e-



rat. Et ambulabat ih̄c in templo: ⁊ porticu salomo-  
nis. Circumdederūt ergo eū iudei: ⁊ dicebāt ei. Quo  
usq; aīam nr̄am tollis? Si tu es xp̄c: dic nobis pa-  
lam. Respondit eis ih̄c. Loquor uobis: et nō creditis?  
Opa que ego facio ī noīe patris mei. hec testimoni-  
um phibent de me. sed uos nō creditis. quia n̄ estis  
ex ouib; meis. Oues mee uocē meā audiunt: ⁊ ego  
cognosco eas: ⁊ secunt̄ me. Et ego uitā eternam do  
eis: ⁊ nō p̄ibunt in eternū. et nō rapiet eas quisq;  
de manu mea. Pater meus quod dedit in manus  
oib; est ⁊ nemo potest rapere. de manu patris mei.  
Ego et pater unū sum⁹. Sustulerūt lapides. iudei:  
ut lapidarent eū. Respondit eis ih̄c. Multa opa bona  
ostendi uobis ex patre meo. p̄t̄ quod eorū opus me  
lapidatis? Responderūt ei iudei. De bono ope nō  
lapidamus te. s; de blasphemia: ⁊ quia tu homo  
cū sis facis te ip̄m deū. Respondit eis ih̄c. Nonne  
scriptū est in lege ur̄a. quia ego dixi dū estis: Si illo  
dixit deos. ad quos sermo dei factus ē. ⁊ non potest  
solui scriptura. quē pater sc̄ificauit. ⁊ misit ī m̄dū  
uos dicitis quia blasphemias. quia dixi fili⁹ dei sū.  
Si nō facio opa patris mei. nolite credere michi. Si  
autē facio. ⁊ si michi nō uultis credere opib; credi-  
te. ut cognoscatis ⁊ credatis quia ī me est pater ⁊  
ego in patre. *fr. v. L. Daniel p̄phe.*

**I**n dieb; ill. Oravit daniel dñm dicens. Dñe ds ne  
despicias pplm tuū. neq; auferas m̄iam tuā a nob.



ppt' abrahā dilectū tuū. & ysaac seruū tuū. et isrl' scm  
 tuū. quibz locut' es pollicens. qđ multiplicares se  
 men eoz sicut stellas celi. & sicut arenā que ē in lito  
 re maris. quia dñe tñminuti sum' plusquā omnes  
 gentes. sumus qđ humiles ī uniuersa terra hodie  
 ppt' pcca nra. & nō est in tempe hoc princeps & ppheta  
 & dix. necq' holocaustū. necq' sacrificiū. necq' oblatio  
 necq' incensū. necq' locus primiciay. coram te. ut pos  
 simus iuenire mīam. s; in aīa recta. & spū humi  
 litatis suscipiam'. Sicut ī holocausto arietū. & tau  
 roz. & sicut ī milibz agnoz pinguū. sic fiat sacrifi  
 cium nrū. ī aspectu tuo hodie ut placeat tibi. qm nō  
 ē refusio refidentibz ī te. Et nūc sequim' in toto corde  
 & timemus te. & querim' faciē tuā. Ne confundas nos  
 s; fac nobiscū iuxta mansuetudinē tuā. & scdm multi  
 tudinē mīe tue. & erue nos ī mirabilibz tuis. & da glo  
 riam noi tuo dñe. & confundantur omnes qui ostendūt  
 seruis tuis mala. Confundant' in onnipotentia. & ro  
 bur eoz iteratur. & sciant quia tu es d's solus & gl'osus  
 sup omnē terrā dñe d's nr. *S. Iohem.*

Nullo. t. **Q**um audissent quidā de turba sermones  
 ihu: dicebant. Hic ē uere ppha. Alij dicebāt. Hic est  
 xpc. Quidā autē dicebāt. Nūquid a galylea xpc ue  
 nit. Nōne scriptura dicit. quia ex semine dauid. & de  
 bethleem castello ubi erat dauid uenit xpc. Dissensio  
 itaq' facta ē in turba ppt' eū. Quidā autē ex ipis uole  
 bant apphendere eū. s; nemo misit sup illum manus



Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Nunquam sic locutus est homo: sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Numquid et uos seducti estis? Numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem. Maledicti sunt. Dicit nichodemus ad eos ille qui uenit ad eum nocte: qui unus erat ex ipsis. Numquid lex nostra iudicat hominem. nisi audierit ab ipso prius et cognouerit quod faciat? Responderunt et dixerunt ei. Numquid et tu galyleus es? Scrutare scripturas: et uide quia propheta a galylea non surgit. Et reuersi sunt. unusquisque in domum suam. *fr. vi. Lco. Jeremie pph. i. 1. 2.*

**I**n diebus illis. Dixit ieremias. Domine omnes qui te dereliquunt. confundentur. Recedentes a te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium domini. Sana me domine et sanabor. saluum me fac et saluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est uerbum domini? Veniat. Et ego non sum turbatus te pastorem sequens: et diem hominis non desideravi tu scis. Quod egressum est de labiis meis: rectum in conspectu tuo fuit. Non sis in tu formidinis: spes mea tu in die afflictionis mee. Confundantur qui me persecuntur: et non confundar ego. Paueant illi et non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici strictione strere eos domine deus noster. *Sec. iohem.*

**I**n illo tempore. Collegentur pontifices et pharisei oculum.



et dicebāt. Quid facimus. quia hic homo multa signa facit. Si dimittim' eū sic. omēs credēt in eū. et ueniet romani. et tollent nr̄m locū et gentē. Unus autē ex ipsis cayphas noīe. cū ēēt pontifex anni illi. dixit eis. Vos nescitis quicquā. nec cogitatis quia expedit uobis. ut unus moriat' homo p' p'plo. et non tota gens pereat. Hoc autē a semet ipō nō dixit. sed cū ēēt pontifex anni illius. p'phetauit quia ih̄c mortuus erat p' gente. et nō tantū p' gente. s; ut filios dei. qui erāt discipuli congregaret in unū. Ab illo g' die cogitauerūt ut interficerēt eū. Ih̄c g' iam nō in palā ambulabat apud iudeos. s; abiit in regionē. iuxta desertū in ciuitatem que dicit' effrem. et ibi morabat' cū discipulis suis. *Sabbō. L. Jeremie p'phe.*

**I**n diebus illis. Dixerūt impij iudei ad inuicē. Venite cogitem' extra iustū cogitationes. Nō enī peribit lex a sacerdote. nec cōsiliū a sapiente. nec sermo a p'pheta. Venite et percutiam' eum in lingua. et nō attendam' ad uniuersos sermones ei'. Attende dñe ad me. et audi uocē aduersariorū meorū. Nihilquid reddat' p' bono malū. quia foderūt foueā aīe mee. Recordare quod steterim in cōspectu tuo. ut loquerer' p' eis bonū. et auerterē indignationē tuā ab eis. P'pterea da filios eorū in famem. et deduc eos in manus gladij. Fiant uxores eorū absq; liberis et uidue. et uiri eorū interficiant' morte. Iuuenes eorū fodiant' gladio in prelio. audiatur clamor de domib; eorū. Adduces enī sup' eos latronem



repente: quia foderunt foueam ut caperent me: et laqueo  
abscorderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium  
eorum aduersum me in morte. Ne propter iniquitatem eorum: et  
peccatum eorum a facie tua non deleatur. fiant corruentes in  
conspectu tuo. in tempore furoris tui domine deus noster. *S. Iohem.*

**I**n illo. *t.* Dixit dominus ihesus turbis iudeorum. Amen amen  
dico uobis: nisi manducaueritis carnem filii hominis et bi  
beritis eius sanguinem: non habebitis uitam in uobis. Qui  
manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem: habet  
uitam eternam: et ego resuscitabo eum in nouissimo die.  
Caro enim mea uere est cibus: et sanguis meus uere est po  
tus. Qui manducat meam carnem: et bibit meum sanguinem:  
in me manet: et ego in illo. Sicut misit me uiuens pa  
ter: et ego uiuo propter patrem: et qui manducat me: et ipse  
uiuet propter me. Hic est panis qui de celo descendit: non sicut  
manducauerunt patres uestri manna et mortui sunt.  
Qui manducat hunc panem: uiuet in eternum. Hec dixit in  
synagoga: docens in capharnaum. Multi ergo audientes ex  
discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo: quis potest  
eum audire? Sciens autem ihesus apud semetipsum: quia mur  
murarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc uos scan  
dalizat: Si ergo uideritis filium hominis ascendente: ubi  
erat prius. Spiritus est qui uiuificat: caro non potest quicquam.  
Verba que ego locutus sum uobis spiritus et uita sunt: sed sunt  
quidam ex uobis: qui non credunt. Sciebat enim ab initio  
ihesus qui essent non credentes: et quis traditurus esset eum:  
et dicebat. Propterea dixi uobis: quia nemo potest ue



nire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc mul-  
 ti discipuloy ei' abierūt retro: et iam nō cū illo ambu-  
 labant. Dixit g̃ ih̄c ad duodecim. Nūquid et uos uul-  
 tis abire: Respondit g̃ ei symon petrus. Dñe. ad  
 quē ibimus: Verba uite eterne habes: et nos credi-  
 mus et cognouim⁹. quia tu es xp̄c fili⁹ dei. Respon-  
 dit eis ih̄c. Nōne ego uos duodecim elegi. et ex uobis  
 unus dyabolus ē: Dicebat autē iudā symōis scari-  
 othen. Hic enī erat traditur⁹ eū. cū eēt unus ex du-  
 odecim. *Dōc. i palmis. 2. e. b. p. a. ad philippenses.*

**R**s. Hoc enī sentite in uobis. quod et i xp̄o  
 ih̄u. Qui cū in forma dei eēt nō rapinā arbi-  
 tratus ē eē se equalē deo: s; semet ipsū exinanuit  
 formā serui accipiēs. in similitudinē hominū fact⁹  
 et habitu inuent⁹ ut homo. Humiliauit se ipm: fac-  
 tus obediēs usq; ad mortē: mortē autē crucis. Propt̄  
 quod et d̄s illū exaltauit. et donauit illi nomē quod  
 ē sup om̄e nomen ut in noīe ih̄u om̄e genu flectat⁹  
 celestiuū terrestriuū et infernoy: et om̄is lingua cō-  
 fiteatur. quia dñs ih̄c xp̄c in gl̄a ē dei p̄is.

*Passio dñi n̄i ih̄u xp̄i. Scdm. mathē.*

**A**illo. t. Dixit dñs ih̄c discipulis suis. Scitis quia post  
 biduū pascha fiet: et fili⁹ hoīs tradet⁹ ut crucifigatur.  
 Tūc congregati sūt principes sacerdotū et seniores ppli  
 i atrium principis sacerdotū. q̄ dicebat cayphas. et  
 cōsiliū fecerūt ut ih̄m dolo tenerēt et occiderēt. Dicebāt  
 autē. Non i die festo. ne forte tumult⁹ fieret i p̄lo. Cum



autem erat ihesus in bethania in domo symonis leprosi. accessit  
ad eum mulier habens alabastrum unguenti preciosi:  
et effudit super caput ipsius recumbentis. videntes autem  
discipuli: indignati sunt dicentes. **Ut** quid domino hec?  
Potuit enim istud uenundari multo: et dari pauperibus.  
Sciens autem ihesus: ait illis. **Quid** molesti estis mulieri:  
Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes habe-  
tis uobiscum: me autem non semper habebitis. Mittens  
enim hec unguentum hoc in corpus meum. ad sepeliendum  
me fecit. Amen dico uobis: ubicumque predicatum fuerit  
hoc euangelium in toto mundo. dicet et quod hec fecit  
in memoria vestra. **Tunc** abiit unus de duodecim qui di-  
citur iudas scarioth ad principes sacerdotum: et ait  
illis. **Quid** michi uultis dare. et ego uobis eum tra-  
dam. **At** illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex  
inde querebat oportunitatem: ut eum traderet. **Prima**  
autem azimorum. accesserunt discipuli ad ihesum dicentes.  
**Vbi** uis patrem tibi comedere pascha. **At** ihesus dixit.  
**Ite** in ciuitatem ad quendam. et dicite ei. **Magister** dicit.  
**Tempus** meum prope est: apud te facio pascha cum discipu-  
lis meis. **Et** fecerunt discipuli sicut constituit illis ihesus: et  
parauerunt pascha. **vespere** autem facto: discumbebat cum  
duodecim discipulis suis. **Et** edentibus illis dixit. **Amen** di-  
co uobis: quia unus uestrum me traditurus est. **Et** tristia-  
ti ualde: ceperunt singuli dicere. **Nunquid** ego sum domine?  
**At** ipse respondens ait. **Qui** intingit mecum manum in pa-  
raside: hic me tradet. **filius** quidem hominis uadit sicut



scriptū ē de illo. **Ve** autē homini illi. p̄ quē filius hoīs  
 tradet. **Bonū** erat ei. si nat' nō fuisset homo ille. **Respo-**  
 dens autē iudas qui tradidit eū. dixit. **Nūquid** ego sū  
 rabbi. **Ait** illi. **Tu** dixisti. **Cenanti** autē eis. accepit ihc  
 panē. **et** bñdixit ac fregit. deditq; discipulis suis **et** ait.  
**Accipite** et comedite. hoc ē corpus meū. **Et** accipiens ca-  
 licē. grās egit **et** dedit illis dicens. **Bibite** ex hoc omnes.  
**Hic** est enī sanguis meus noui testamēti. qui p̄ mul-  
 tis effundet. **in** remissionē p̄ccōr. **Dico** autē uobis. non  
 bibam amodo de hoc genimine uitis. usq; in diem il-  
 lū. cū illud bibam uobiscū nouū **in** regno patris mei.  
**Et** ymno dicto. exierūt **in** montē oliueti. **Tunc** dicit illi  
 ihc. **Omnes** uos scandalū pacemini **in** me **in** ista nocte.  
**Scriptū** est enī. **Percutia** pastore. **et** dispergent oues  
 gregis. **Postquā** autē resurrexero. **precedam** uos **in** ga-  
 lyleam. **Respondēs** autē petrus. **ait** illi. **Et** si omnes  
 scandalizati fuerint **in** te. ego nūquā scandalizabo.  
**Ait** illi ihc. **Amē** dico tibi. quia **in** hac nocte. ante quā  
 gallus cantet ter me negabis. **Ait** illi petrus. **Et** si  
 oportuerit me mori tecū. nō te negabo. **Similit'** **et** om-  
 nes discipuli dixerūt. **Tūc** uenit ihc cū illis. **in** uillam  
 que dicit gethsemani. **et** dixit discipulis suis. **Sedete** hic.  
 donec uadam illuc **et** orem. **Et** assumpto petro. **et** duobz  
 filiis zebeder. cepit tristari **et** mestus ēē. **Tūc** ait illis.  
**Tristis** ē aīa mea usq; ad mortē. **Sustinete** hic. **et** ui-  
 gilate mecum. **Et** pgressus pusillū. **prostrat** in faciē suam  
 orans **et** dicens. **Mi** pater. si possibile est. transeat a me



calix iste. Verumptamenō sicut ego uolo: sicut tu.  
Et uenit ad discipulos: et inuenit eos dormientes. Et  
dicit petro. Sic. nō potuistis una hora uigilare me  
cum: Vigilate et orate: ut nō intrens in temptationē.  
Spē quidē p̄mpt̄ est. caro autē infirma. Iterū scdo  
abijt: et orauit dicens. Pater mi. si nō potest hic calix  
transire nisi bibam illū. fiat uoluntas tua. Et uenit  
iterū. et inuenit eos dormientes. Erant enī oculi eorū  
grauati. Et relictis illis iterū abijt et orauit tertio e  
undem sermonē dicens. Tūc uenit ad discipulos suos:  
et dicit illis. Dormite iā et requiescite. Ecce appropin  
quabit hora: et filius hōis tradetur ī manus p̄ccōr.  
Surgite. eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet.  
Adhuc ipso loquente: ecce iudas unus de duodecim  
uenit. et cū eo turba multa. cū gladijs et fustibz mis  
si a principibz sacerdotū: et senioribz ppli. Qui autē  
tradidit eū: dedit illis signū dicens. Quēcumqz oscu  
lat fuerit ipse ē: tenete eū. Et cōfestim accedēs ad ihm.  
dixit. Aue rabbi. Et osculat eū. Dixitqz illi ihc. A  
mice ad quō uenisti? Tūc accesserūt et manus intrec  
erunt in ihm: et tenuerunt eū. Et ecce unus ex his  
qui erant cū ihu. extendens manū exemit gladiū  
suū: et percussit seruū principis sacerdotū: amputa  
uit auriculā eius. Tūc ait illi ihc. Conuerte gladiū  
tuū in locū suū. Omnes enī qui acceperūt gladiū gla  
dio p̄bunt. An putas quia nō possū rogare patrem  
meū. et exhibebit m̄ modo plus quā duodecim legio



nes angeloz. Quom̄ ḡ implebunt̄ scripturē. quia  
 sic oportet fieri. In illa hora: dicit ih̄c turbis. Tamq̄  
 ad latronē existis cū gladijs ⁊ fustibz. ⁊prehendere me.  
 Cotidie apud uos sedebam docens ī templo: ⁊ nō me  
 tenuistis. Hoc aut̄ totū factū ē: ut implerent̄ scriptu  
 re pphetaz. Tūc discipuli om̄es relicto eo fugierūt. At  
 illi tenētes ih̄m: duxerūt eū ad cayphan principē sa  
 cerdotū: ubi scribe ⁊ seniores uenerāt. Petrus autē  
 sequebat̄ eū a longe: usq̄ in atrium principis sacer  
 dotū. Et ingressus intro: sedebat cū ministris. ut ui  
 deret finē. Principes autē sacerdotū ⁊ om̄e ualū que  
 rebant falsū testimoniū strā ih̄m: ut eū morti trade  
 rent. Et nō inuenērūt. cū ml̄i falsi testes accessissent.  
 Nouissime autē uenerūt duo falsi testes: ⁊ dixerunt.  
 Hic dixit. Possū destruere templū dī: ⁊ post triuū  
 reedificare illud. Et surgēs princeps sacerdotū. ait illi.  
 Nichil respondes ad ea que isti aduersū te testificantur:  
 Ih̄c autē tacebat. Et princeps sacerdotū. ait illi. Ad iu  
 ro te p̄ deū uiuū. ut dicas nobis si tu es x̄c filius  
 dei. Sicut illi ih̄c. Tu dixisti. Verūptamē dico uobi:  
 amodo uidebitis filiū hoīs. sedentē a dextris virtu  
 tis: ⁊ uenientē in nubibz celi. Tūc princeps sacerdo  
 tum: scidit uestimenta suā. dicēs. Blasphemauit.  
 Quid adhuc egem̄ testibz: Ecce nūc audistis blasphe  
 miam. Quid uobis uidetur: At illi respondentes di  
 xerunt. Reus ē mortis. Tūc expuerūt in faciē ei: et  
 colaphis eū ceciderūt. alij autē palmas in faciē eius



dederunt dicentes. **P**phetiza nobis xpe. Quis est qui  
te percussit. **P**etrus uero sedebat foris in atrio: et  
accessit ad eum una ancilla dicens. **E**t tu cum ihu galy  
leo eras. **A**t ille negauit coram omnibus dicens. **N**escio  
quid dicis. **E**xeunte autem illo ianuam. uidit eum alia  
ancilla. **E**t ait hijs qui erant ibi. **E**t hic erat cum ihu  
nazareno. **E**t iterum negauit cum iuramento. quia non  
nouit hominem. **E**t post pusillum accesserunt qui stabant:  
et dixerunt petro. **V**ere. et tu ex illis es. **N**am et loquela  
tua manifestum te facit. **T**unc cepit detestari et iurare:  
quia non nouisset hominem. **E**t continuo gallus canta  
uit. **E**t recordatus est petrus uerbi ihesu quod dixe  
rat: prius quam gallus cantet: ter me negabis. **E**t  
egressus foras: fleuit amare. **M**ane autem facto:  
consilium iniecerunt omnes principes sacerdotum. et seniores  
populi: aduersus ihm. ut eum morti traderent. **E**t uinc  
tum adduxerunt eum: et tradiderunt pontio pylato  
praefidi. **T**unc uidens iudas qui eum tradidit quod damp  
natus esset: penitentia ductus. retulit triginta ar  
genteos principibus sacerdotum: et senioribus dicens.  
**P**etraui. tradens sanguinem iustum. **A**t illi dixerunt.  
**Q**uid ad nos. **T**u uideris. **E**t profectis argenteis in tem  
plo. recessit: et abiens laqueo se suspendit. **P**rimi  
pes autem sacerdotum acceptis argenteis: dixerunt.  
**N**on licet mittere eos in corbonam: quia pretium sangui  
nis est. **C**onsilio autem inuito: emerunt ex illis agrum  
figuli. in sepulturam peregrinorum. **P**ropt hoc uo



catus est ager ille acheldemach. hoc est ager sanguinis: usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argenteos precium appreciati. quem appreciaverunt a filiis israel. et dederunt eos in agrum figuli. sicut constituit michi dominus. Ihesus autem stetit ante presidem. Et interrogavit eum preses dicens. Tu es rex iudeorum? Dicit illi ihesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus: nichil respondit. Dicit illi pilatus. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum verbum: ita ut miraretur preses vehementer. Pro diem autem sollempnem. consueverat preses dimittere populo unum vincitum quem voluissent. Habebat autem tunc vincitum insignem: qui dicebatur barrabas. Congregatis ergo illis: dixit pilatus. Quem vultis dimittam vobis barraban an ihesum qui dicitur christus? Sciebat enim quod pro iniuriam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali: misit ad eum uxor eius dicens. Nichil tibi et iusto illi. Multa enim passa sum hodie pro iusto. propter eum. Principes autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut peterent barraban. ihesum vero perderent. Respondens autem preses ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barraban. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihesu qui dicitur christus? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis preses. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes.



**C**rucifigat. Videns autē pilat⁹ quia nichil pficeret  
s; magis tumultus fieret. accepta aqua lauit ma  
nus corā p̄lo dicens. Innocens ego sū a sanguine  
iusti huius: uos uideritis. Et respondens uniuers⁹  
p̄ls dixit. Sanguis eius sup nos: ⁊ sup filios nros.  
**T**ūc dimisit illis barraban. ih̄m autē flagellatū tra  
didit eis: ut crucifigeret. **T**ūc milites presidis suscipi  
entes ih̄m in pretorio: ⁊ gregauerūt ad eū uniuersā  
cohortē. Et exuentes eū. clamidem coccineā circūde  
derūt ei: ⁊ plectentes coronā de spinis posuerūt sup  
caput eius. ⁊ harundinē in dexterā eius: ⁊ genu  
flexo ante eū. illudebant dicentes. **A**ue. rex iudeorū.  
Et exuentes in eū acceperūt harundinē. ⁊ percutebāt  
caput eius. Et postquā illuserūt ei: exuerunt eum  
clamide. ⁊ induerūt eū uestimētis eius: ⁊ duxerūt  
eū ut crucifigerent. **E**xiuntes autē: inuenerūt homi  
nem cyreneū noīe symonē. **H**unc angariauerūt  
ut tolletet crucē eius. Et uenerūt in locū qui dicit⁹  
golgotha: quod est caluarie locus. Et dederunt ei  
uinū bibere: cū felle mixtū. Et cū gustasset: noluit  
bibere. **P**ostquā autē crucifixerūt eū. diuiserunt ues  
timenta eius sorte mittentes. Et sedentes: seruabāt  
eū. Et imposuerūt sup caput eius: causā ipsius scrip  
tam. **H**ic est ih̄c: rex iudeorū. **T**unc crucifigi sūt cum  
eo duo latrones: unus a dextris. ⁊ unus a sinistris.  
**P**retereuntes autē. blasphemabant eū. mouentes  
capita sua ⁊ dicentes. **V**ah; qui destruit templū dei:



et in triduo illud reedificat. **Salua** temetipsu. **Si** fi-  
 lius dei es: descende de cruce. **Similit** et principes sa-  
 cerdotu illudentes cu scribis et senioribz dicebant.  
**Alios** saluos fecit: se ipsu no potest saluu facere. **Si**  
 rex isrl est. descendat nuic de cruce. et credim ei. **Con-**  
**fidit** in deo liberet eu nuic si uult. **Dixit** eni: quia  
 dei filius su. **Ipse** aut et latrones qui crucifixi erat  
 cu eo: impperabant ei. **A** sexta aute hora tenebre facte  
 su sup uniuersa terra: usq ad hora nona. **Et** circa ho-  
 ram nona: clamauit ihc uoce magna dices. **hely.**  
**hely.** lamazabatthani. **hoc** est. **Deus** meus. **ds** me-  
 us. ut quid dereliquisti me. **Quida** aut illic stan-  
 tes et audientes dicebant. **helyam** uocat iste. **Et** tu-  
 nuo currens unus ex eis. accepta spongiam imple-  
 uit aceto. et imposuit harundini: et dabat ei bibe-  
 re. **Ceteri** uero dicebat. **Sine.** uideamus an ueniat  
 helyas liberans eu. **Ihc** aute iteru clamans uoce  
 magna: emisit spm. **Et** ecce uelu templi scissu est  
 i duas partes. a sumo usq deorsu. et terra mota e.  
 et petre scisse sunt. et monumeta apta su. et multa  
 corpa scoz qui dormierant surrexerunt. **Et** exeuntes  
 de monumetis post resurrectione eius. uenerunt in  
 scam ciuitate: et apparuerunt multis. **Centurio** aut  
 et qui cu eo erat custodientes ihm. uiso terremotu.  
 et his que fiebat timuerunt ualde dicetes. **Ver** dei  
 filius erat iste. **Erant** aute ibi mulieres multe alon-  
 ge: que secute erant ihm a galylea. ministrantes ei.

+



Inter quas erat maria magdalene. & maria iacobi  
& ioseph mater. & mater filiorum zebedei. **C**um autem sero  
factum esset. uenit quidam homo diues ab arimathia  
nomine ioseph. qui et ipse discipulus erat ihu. **H**ic  
accessit ad pilatum. & petijt corpus ihu. **T**unc pi-  
latus uisit reddi corpus. **E**t accepto corpe ioseph i-  
uoluit illud in sindone munda. & posuit illud in  
monumēto suo nouo quod exciderat in petra. et  
aduoluit saxum magnū ad hostiū monumēti. et  
abiit. **E**rat autem ibi maria magdalene & altera  
maria. sedentes extra sepulchrum. **A**ltera au-  
tem die que est post parasceuen. uenerunt  
principes sacerdotū. & pharisei ad pylatum dicen-  
tes. **D**ñe recordati sumus quia seductor ille di-  
xit adhuc uiuens post tres dies resurgam. **J**ube  
ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium.  
ne forte ueniant discipuli eius et furent eum. & di-  
cant plebi surrexit a mortuis. **E**t erit nouissimū  
errorum peior priorum. **A**it illis pylatus. **H**abetis cus-  
todiam. ite custodite sicut scitis. **I**lli autem abeun-  
tes munierunt sepulchrum. signantes lapidem  
cum custodibus. **fr. ii. Lō ysaie pphie.**

**A**diebus illis. **D**ixit ysaias. **D**ñs deus aperuit  
michi aurē. ego autē nō retrahico. retrorsū non  
abij. **C**orpus meū dedi percipientibus. et genas me-  
as uellentibus. **F**aciē meam nō auerti ab increpan-  
tibus. & respicientibus. **D**ñs d̄s auxiliator meus. **i**do



nō sū rifius. Ideo posui factē meā ut petrā durissi-  
mam: et scio quia nō rfundar. Juxta est qui iustifi-  
cat me. Quis tradidit michi? Stamus simul. Quis est  
adūfarius meus? Accedat ad me. Ecce dñs dñs auxi-  
liator meus. Quis est qui redempnet me? Ecce om-  
nes quasi uestimētū rterent. tinea comedet eos. Quis  
ex uobis timēs dñm. audies uocē serui ei' qui am-  
bulauit i tenebris. et nō est lumen ei. Speret i noīe

**H** dñi. et innitat sup deū suū. *Al. Lō zacharie pphie.*  
Hec dicit dñs dñs. **S**i bonū est in oculis ur̄is. af-  
ferte mercedē meā: et si non quiescite. Et appen-  
derūt mercedem meā triginta argenteis. Et dixit dñs  
ad me. Proice illud ad statuariū. decorū precū quod  
appreciatus sū ab eis. Et tuli triginta argenteos. et  
proieci illos i domo dñi ad statuariū. Et p̄scidi uirgā  
meā que appellabat̄ funiculus: ut dissoluerē ger-  
manitatē inter iudā et inter isrl̄. Et dixit dñs ad me.  
Ecce ego ponā ierlm̄ sup liminare crapule. oībz ppl̄is  
p̄ circuitū: s; et iuda erit i obsidionē contra ierlm̄. Et  
habitabit ierlm̄ rursū in loco suo in ierlm̄: et salua-  
bit dñs tabernacula iuda. sicut i principio. Et erit  
in die illa. effundā sup domū dauid. et sup habitatore  
ierlm̄ sp̄m gr̄e et precum. Et aspicient ad me que cō-  
fixerunt: et plangent eū plandū quasi sup unige-  
nitū: et dolebūt sup eū ut doleri solet i morte primo-  
geniti. In die illa magnus erit plandus in ierlm̄:  
sicut plandus adedremon i campo magedon. Et dicet



ei. Quid sūt plage iste ī medio manūū tuarū. Et dicet.  
Hīs plagatus sū: in domo eorū qui diligebāt me. fra-  
mea suscitare sup pastore meū. ⁊ sup uirū coheren-  
tē michi: dicit dñs exercitūū. Percute pastore. ⁊ dispergent  
oues. Et uertam manū meā ad paruulos. ⁊ erunt  
ī omni terra: dicit dñs. Partes due in ea dispergent  
et deficient: ⁊ tertia pars relinquet in ea. Et ducam  
tertiā partē p ignē: ⁊ uram eos sicut urit argentū. ⁊  
probabo eos sicut probat aurū. Ipse inuocabit nomen  
meū: ⁊ ego exaudiam eū. Dicam. ppls meus es. ⁊ ipse  
dicet dñs dñs n̄r.

*S. Iohem.*

**A**n te sex dies pasche uenit ih̄c bethaniā: ubi fu-  
erat lazarus mortuus. quē suscitauit ih̄c. fece-  
runt autē ei cenā ibi. ⁊ martha ministrabat: lazarus  
uero unus erat ex discumbentibz cū eo. Maria ḡ acce-  
pit librā unguenti nardi pistici p̄ciosi. ⁊ unxit pede  
ih̄u: ⁊ exersit capillis suis pedes ei. ⁊ domus imple-  
ta ē ex odore unguenti. Dicit ḡ unus ex discipulis ei  
uidas scariothis: qui erat eū traditur. Quare hoc  
unguentū nō uenit trecentis denariis: ⁊ datū est ege-  
nis. Dixit autē hoc. nō quia de egenis ptinebat ad eū  
s; quia fur erat. ⁊ loculos habens. ea que mittebant  
portabat. Dixit ergo ih̄c. Sine illam: ut ī diem sepul-  
ture mee seruet illud. Pauperes enī semp habetis uo-  
biscū: me autē nō semp habetis. Cognouit ḡ multa  
turba ex iudeis quia illic est. ⁊ uenerunt nō p̄p̄t ih̄m tan-  
tum. sed ut lazariū uiderent quē suscitauit a mortuis.



Cogitauerunt autem principes sacerdotum. ut et lazarium interficerent. quia multi propter illum abibant ex iudeis. et credebant in ihm. In crastinum autem turba multa que uenerat ad diem festum. cum audisset quia uenit ihc. ierosolimam. acceperunt ramos palmarum. et processerunt obviam ei. et clamabant. **O**sanna. benedictus qui uenit in nomine domini. rex israel. Et inuenit ihc asellum. et sedit super eum. sicut scriptum est. **N**oli timere filia syon. ecce rex tuus uenit sedens super pullum asine. Hec non cognouerunt discipuli eius primum. sed quando clarificatus est ihc. tunc recordati sunt quia hec erant de eo et hec fecerunt ei. Testimonium ergo prohibebat turba. que erat cum eo quando lazarium uocauit de monumento. et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obviam uenit ei turba. quia audierunt eum fecisse hoc signum. **P**harisei ergo dixerunt ad semetipsos. **V**idens quia nichil proficimus. ecce mundus totus post eum abiit. Erant autem gentiles quidam ex hiis qui ascenderant. ut adorarent in die festo. Hiis ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee. et rogabant eum dicentes. **D**omine. uolumus ihm uidere. **V**enit philippus. et dicit andree. **A**ndreas tuus et philippus dixerunt ihu. **I**hc autem respondit eis. dicens. **V**enit hora. ut clarificet filius hominis. **A**men amen dico uobis. nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. ipsius solum manet. **S**i autem mortuum fuerit. multum fructum affert. **Q**ui amat animam suam. perdet eam. **E**t qui odit animam suam in hoc mundo. in uitam eternam custodit eam. **S**iquis in me ministrat. me sequatur. **E**t ubi sum



ego: illic et minister meus erit. **S**iquis michi ministraue-  
rit: honorificabit eum pater meus. **N**unc anima mea turba-  
ta est: et quid dicam. **P**ater saluifica me ex hac hora.  
**S**ed propterea ueni in horam hanc. **P**ater clarifica tuum no-  
men. **V**enit ergo uox de celo. **E**t clarificaui: et iterum clari-  
ficabo. **T**urba ergo que stabat. et audierat. dicebat to-  
nitruum factum esse. **A**lij dicebant angelus ei locutus est.  
**R**espondit ihc. et dixit. **N**on propter me uox hec uenit. sed propter  
uos. **N**unc iudicium est mundi: nunc princeps mundi huius  
eiciet foras. **E**t ego si exaltatus fuero a terra: omnia traham  
ad me ipsum. **H**oc autem dicebat significans quia moriturus  
esset mortuus. **R**espondit ei turba. **N**os audiuimus  
ex lege: quia christo manet in eternum. **E**t quomodo tu dicis  
exaltari oportet filium hominis. **Q**uis est iste filius hominis?  
**D**ixit ergo eis ihc. **A**d huc modicum lumen in uobis est.  
**A**mbulate dum lucem habetis: ut non tenebre uos pre-  
hendant. **E**t qui ambulat in tenebris: nescit quo ua-  
dat. **D**um lucem habetis credite in lucem: ut filij lucis sitis.  
**H**ec locutus est ihc: et abiit et abscondit se ab eis.  
**I**n diebus illis. **D**ixit ieremi **fr. iiii. lco jeremie pphc.**  
**A**s. **D**ne demonstrasti mihi et cognoui. tu ostendisti  
michi studia eorum: et ego quasi agnus mansuetus qui  
portatur ad uictimam. et non cognoui quia cogitauerunt  
sup me consilia dicentes. **M**ittam lignum in panem eius. et e-  
radam eum de terra uiuentium. et nomen eius non memo-  
retur amplius. **T**u autem dne sabaoth qui iudicas iuste  
et probas renes et corda: uideam ultionem ex eis. **T**ibi enim



reuelavi causam meam dñe ds nris. **Al. Lco lib' sapie.**  
**A** diebz illis. **D**ixerūt impij iudei ad semetiplos. Veni  
 te circūueniamus iustū. qm̄ inutilis ē nobis. 7 extra  
 rius ē opibz nris: et imperat nobis p̄ca legis. 7 diffi  
 mat̄ nos p̄ca discipline nre. **P**roditit se scientiā dei  
 habere: 7 filiū dei se nominat. factus ē nobis in tra  
 ductionē cogitationū n̄arū. **G**rauis ē etiā nobis ad  
 uidendū: qm̄ dissimilis ē alijs uita illius 7 imitate  
 sūt uie eius. **T**anq̄ nugaces estimati sum' ab illo: et  
 abstinet se a uis nris tanq̄ ab immundicijs. 7 p̄fect  
 nouissima iustoz. 7 gl'atur pat̄ se deū habere. **V**ide  
 amus q̄ si sermones illius ueri sūt. 7 temptemus  
 que uentura sūt illi: 7 sciamus que erūt nouissima  
 illius. **S**i enī uerus ē dei filius: suscipiet illū. 7 libe  
 rabit illū de manibz extraroz. **C**ōtumelia 7 tormēto  
 interrogem' illū. ut sciam' reuerentiā illius. 7 p̄be  
 mus pacienciā eius. **M**orte turpissima 2dempnem'  
 illū. **E**rit enī respectus ex sermonibz illius. **H**ec cogi  
 tauerūt: et errauerūt. **E**xecauit enī illos malicia e  
 oz. 7 nescierūt sacramēta dei. nec p̄ mercedē spauerūt  
 iusticie: nec iudicauerūt honorē animarū suarū.

**Passio dñi nri ihu xpi. scdm Marcū.**

**I**n illo. t. **E**rat pascha. 7 azima post biduū. **E**t quere  
 bant sūmi sacerdotes 7 scribe: quom̄ ih̄m dolo tene  
 rent 7 occiderēt. **D**icebāt enī. **N**ō in die festo. **N**e for  
 te tumultus fieret ppli. **E**t cū esset ih̄c bethanie in do  
 mo symonis lepsi 7 recumberet: uenit mulier habēs



alabastrū unguenti nardi spicati p̄iosi: ⁊ fracto ala  
bastro effudit sup̄ caput eius. Erant autē quidā in  
digne ferentes intra semetipsos: et dicētes. **U**t quid  
p̄dicio ista unguenti. facta est: **P**oterat enī unguē  
tum istud uenundari plusq̄ trecentis denarijs: et  
dari paup̄ibz. **E**t fremebant in eam. **I**hesus autē dixit.  
**S**inite eam. **Q**uid illi molesti estis: **B**onū opus ope  
rata ē in me. **S**emp enī paupes habetis uobiscū: et  
cū uolueritis poteritis illis bene facere. me autē nō  
semp habetis. **Q**uod habuit hec fecit. p̄uenit unge  
re corpus meū in sepulturā. **A**men dico uobis. ubi  
cūq; p̄dicatū fuerit ewangelīū istud in uniuerso  
mūdo: ⁊ quod fecit hec narrabit in memoriā eius.  
**E**t iudas scariothes unus de duodecim abiit ad sum  
mos sacerdotes. ut p̄deret eū illis. **Q**ui audientes  
gausi sūt. ⁊ p̄miserūt ei pecuniā se daturus. **E**t  
querabat quom̄ illū oportune traderet. **E**t primo  
die azimoz. quando pascha immolabāt: dicunt ei  
discipli. **Q**uo uis eamus ⁊ patem⁹ tibi ut mandu  
ces pascha. **E**t mittit duos ex discipulis suis: ⁊ dicit  
eis. **I**te in ciuitatē: ⁊ occurret uobis homo lagenam  
aque haurians. **S**equimini eū. ⁊ quocūq; introierit  
dicite dño domus. quia magister dicit. **U**bi ē refectio  
mea. ubi pascha cū discipulis meis manducem. **E**t  
ipse uobis demonstrabit cenaculū grande stratū:  
⁊ illic paratē nobis. **E**t abierūt discipuli eius. ⁊ uene  
runt i ciuitatē. ⁊ inuenerūt sicut dixerat illis. ⁊ pa



trauerūt pascha. **V**espere autē facto: uenit cū duodecim.  
Et discumbentibz eis ⁊ manducantibz: ait ihc. **A**mē di  
co uobis. quia unus ex uobis me tradet. qui mandu  
cat mecum. **A**t illi cepetūt tristari: ⁊ dicere ei singillatim.  
**N**ūquid ego: **Q**ui ait illis. **U**nus ex duodecim: qui in  
tingit mecum in catino. **E**t filius hoīs uadit sicut scrip  
tum ē de eo. **N**e autē homini illi p̄ quē filius hoīs tra  
deatur. **B**onū erat ei: si nō esset natus homo ille. **E**t man  
ducantibz illis: accepit ihc panē ⁊ bñdicens fregit ⁊ de  
dit eis ⁊ ait. **S**umite. hoc ē corpus meū. **E**t accepto ca  
lice: grās agens dedit eis. **E**t biberūt ex illo omēs. **E**t  
ait illis. **H**ic ē sanguis meus noui testamēti. qui pro  
multis effundet. **A**men dico uobis: quod iam nō bibā  
de genimine uitis usq; in diem illū cū illud bibam  
nouū in regno dei. **E**t ymno dicto: exierūt in montē  
oluiay. **E**t ait eis ihc. **O**mēs scandalizabimini ī nocte  
ista: quia scriptū ē. **P**ecunia pastore: ⁊ dispigent oues.  
**S**z postea quā resurrexero: p̄cedam uos ī galyleā. **P**etru  
autē ait ei. **E**t si omēs scandalizati fuerint: sed nō ego.  
**E**t ait illi ihc. **A**mē dico tibi: quia tu hodie ī nocte hac  
prius quā bis gallus uocē dederit. ter me es negaturus.  
**E**t ille amplius loquebat. **E**t si oportuerit me simul cō  
mori tibi: nō te negabo. **S**imilit̄ autē ⁊ omēs dicebāt.  
**E**t uenit in pdium cui nomē gethsemani: et ait disci  
pulis suis. **S**edete hic donec orem. **E**t assumit petrū ⁊  
iacobū ⁊ iohāne secū: ⁊ cepit pauere ⁊ redere. **E**t ait illi.  
**T**ristis ē aīa mea usq; ad mortē. **S**ustinete hic: ⁊ uigi



late. Et cū p̄cessisset paululū p̄cidit sup̄ terrā. ⁊ orabat  
sup̄ terrā. ut si fieri posset transiret ab eo hora. Et dixit.  
Abba pater. oīa tibi possibilia sūt: transfer calicem  
hūc a me. S; nō quod ego uolo: sed quod tu. Et ue  
nit. ⁊ inuenit eos dormientes. Et ait petro. Symon  
dormis. Nō potuisti una hora uigilare. Vigilate  
⁊ orate: ut nō intreatis ī temptationē. Sp̄c quidem  
p̄mptus ē caro uero infirma. Et iterū abiens orauit.  
eundē sermonē dicens. Et reuersus denuo: inuenit  
eos dormientes. Erant enī oculi illoꝝ grauati. ⁊ igno  
rabant quid responderet ei. Et uenit tertio. ⁊ ait illi.  
Dormite iam ⁊ requiescite. Sufficit. Venit hora: ec  
ce tradet filius hōis: ī manus p̄ccōꝝ. Surge eam.  
Ecce qui me tradet: p̄p̄t̄ est. Et adhuc eo loquente: ue  
nit iudas scarioth unus ex duodecim. ⁊ cū illo turba  
multa cū gladijs ⁊ lignis a sūmis sacerdotibz. ⁊ a  
scribis. ⁊ a senioribz. Dederat autē traditor  
signū eis dicens. Quēcūq; osculatus fuero ipse est:  
tenete eū. et ducite eū. Et cū uenisset: statī accedēs  
ad eū ait. Rabbi. Et osculat' est eū. At illi manus in  
cecerunt in eū: ⁊ tenuerūt eū. Unus autē quidā de  
circūstantibz educēs gladiū: p̄cussit seruū summi  
sacerdotis. ⁊ amputauit illi auriculā. Et respondens  
ihc. ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cū gladijs et  
lignis p̄hendere me. Cotidie eram apud uos ī tem  
plo docens. ⁊ nō me tenuistis. Sed ut impleant' scrip  
ture. Tūc discipuli eius relinquentes eū: omēs fugerūt.



**A**dolefcens autē quidā fequebat eū. amictus ſindone ſup  
 nudo: ⁊ tenuerūt eū. **E**t ille reiecta ſyndone: nudus p  
 fugit ab eis. **E**t adduxerūt ih̄m ad ſūmū ſacerdotē: ⁊  
 uenerūt om̄es ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores. **P**etrus autē  
 alonge ſecutus ē eū. uſq; intro ī atrīū ſūmi ſacerdotis.  
 ⁊ ſedebat cū miniſtris ⁊ calefaciebat ſe ad ignē. **S**ūmi  
 uero ſacerdotes ⁊ om̄e celiū querebāt adūſus ih̄m tes  
 timoniū. ut eū morti traderent: nec inueniebāt. **M**ulti  
 enī testimoniū falſū dicebant aduerſus eū. ⁊ uenien  
 tia testimoniā nō erant. **E**t quidā ſurgētes. falſū testi  
 moniū ferebāt adūſus eū dicentes. **Q**uoniā nos audi  
 uimus eū dicentē. **E**go diſſoluo templū hoc manufactū.  
 ⁊ p̄ triūm aliud nō manufactū edificabo. **E**t nō erat cō  
 ueniens testimoniū eorū. **E**t exurgēs ſūmus ſacerdos in  
 mediū: interrogauit ih̄m dicens. **N**ō reſpondeſ quicquā  
 ad ea que tibi obiciunt ab hys: **I**lle autē tacebat: et  
 nichil reſpōdit. **R**urſū ſūmus ſacerdos interrogabat  
 eū: ⁊ dixit ei. **T**u es xp̄c filius dei b̄ndicti: **I**h̄c autē dixit  
 illi. **E**go ſū. **E**t uidebitis filiū hoīs a dextris ſedentem  
 iurantis: ⁊ uenientē cū nubibus celi. **S**ūmus autē ſacer  
 dos ſcandens ueſtimēta ſua: ait. **Q**uō adhuc deſideramus  
 teſtes: **A**udiſtis blaſphemīā. **Q**uid uobis uidetur: **Q**ui  
 om̄es adempnauerūt eū eſſe reū mortis. **E**t ceperūt qui  
 dam ſpuere eū. ⁊ uelare faciē eius. ⁊ colaphis eū cedere.  
 ⁊ dicere ei. **P**rophetiza. **E**t miniſtri alapis eū cedebant.  
**E**t cū eſſet petrus ī atrio deorſū. uenit una ex ancillis ſū  
 mi ſacerdotis. ⁊ cū uidiſſet petrū calefacientē ſe. aſpici

cedere ipse uelare faciem suam



ens illū ait. **E**t tu cū ihu nazareno eras. **A**t ille negauit  
dicens. **N**ec scio. nec noui quid dicas. **E**t exiit foras ante  
atrium. **E**t gallus cantauit. **R**ursus autē cū uidisset illū  
ancilla. cepit dicere circūstantibz. **Q**uia hic ex illis est.  
**A**t ille iterū negauit. **E**t post pusillū rursus qui astabant  
dicebant petro. **V**ere ex illis es. nā **E**t gabyleus es. **I**lle autē  
cepit anathematizare. **E**t iurare. **Q**uia nescio hōiem ut  
tum quē dicitis. **E**t statim iterū gallus cantauit. **E**t recor  
datus ē petrus uerbi quod dixerat ei ihc. prius quam  
gallus cantet bis. ter me negabis. **E**t cepit flere. **E**t con  
festim mane **Q**uasi facientes sūmi sacerdotes cū senio  
ribus. **E**t scribis et uniuerso **Q**ualio. uincientes ihm. du  
xerūt **E**t tradiderūt pylato. **E**t interrogauit eū pylat. **T**u  
es rex iudeor. **A**t ille respondēs. ait illi. **T**u dicitis. **E**t  
accusabāt eū sūmi sacerdotes. **I**n multis. **P**ilat. autē  
rursū interrogauit eū dicens. **N**ō respondes quicquā.  
**V**ide **I**n quantis te accusant. **I**hc autē amplius. nichil  
respondit. ita ut miraret pilat. **P**er diem autē festū  
dimittere solebat illis unū ex uinctis. quēcūqz peti  
sent. **E**rat autē qui dicebat barrabas. qui cū sediciosus  
erat uinctus. qui in seditione fecerat homicidiū. **E**t  
cū ascendisset turba. cepit rogare sicut semp faciebat  
illis. **P**ylatus autē respondit eis et dixit. **V**ultis dimit  
tam uobis regē iudeor. **S**ciebat enī quod p mundiam  
tradidissent eū sūmi sacerdotes. **P**ontifices autē **Q**uasi  
uerūt turbā. ut magis barraban dimitteret eis. **P**ilat.  
autē iterū respondens. ait illis. **Q**uid g̃ uultis faciam



regi iudeorū. At illi iterū clamauerūt. **C**rucifige eū. **P**ylat' uero dicebat eis. **Q**uid enī mali fecit. At illi magis clamābant. **C**rucifige eū. **P**ylat' autē uolens p̄lo satisfacere. dimisit illis barraban. ⁊ tradidit ih̄m flagellis celsū. ut crucifigeret. **M**ilitēs autē duxerūt eū intro ī atriuū p̄torij. et uocant totam cohortē. ⁊ induunt eū purpura. ⁊ imponūt ei plectentes spineā coronā. ⁊ ceperūt salutare eū. **A**ue rex iudeorū. Et percutiebant caput eius harundine. et respuebant eum. et ponētes genua adorabant eū. Et postquā illuserūt ei. exuerūt illū purpura. ⁊ induerūt eū uestimētis suis. ⁊ educunt illū. ut crucifigeret eū. Et angariauerūt p̄tereunte quēpiam symonē cyrenēum ueniēte de uilla patris alexandri ⁊ tisi. ut tollet crucē eius. Et p̄ducūt illū in golgotha locū. quod ē interpretatū caluarie locus. Et dabāt ei bibere mirratū uinū. ⁊ nō accepit. Et crucifigentes eū. diuiserunt uestimēta ei' mittentes sorte sup̄ eis. quisquid tollet. **E**rat autē hora tertia. ⁊ crucifixerūt eū. Et erat titulus cause ipsius inscriptus. **R**ex iudeorū. Et cū eo crucifigunt duos latrones. unū a dextris. ⁊ aliū a sinistris eius. Et adimpleta ē scriptura que dicit. **E**t cū iniquis reputat' est. Et p̄tereuntes blasphemabāt eū mouētes capita sua et dicētes. **V**ach qui destruit tēplum dei. ⁊ ī tribz diebz edificat. **S**aluū fac te met ipsū. descendēs de cruce. **S**imilit' ⁊ sūmī sacerdotes ludentes ad alterutruū cū scribis. dicebāt. **N**ios saluos fecit. se ipsū nō potest saluū facere. **X**p̄c rex isrl' descendat



nunc de cruce. ut uideamus et credamus. Et qui cum eo crucifixi  
erant. cruciabantur ei. Et facta hora sexta: tenebre facte  
sunt per totam terram: usque in horam nonam: Et hora nona excla-  
mavit ihesus uoce magna dicens. Heloy heloy. lamazabac  
tani. Quod est interpretatum. Deus meus. deus meus. ut quid  
dereliquisti me. Et quidam de circumstantibus audientes: dice-  
bant. Ecce helya uocat. Currens autem unus et implens  
spongiam aceto: circumponensque calamo. potum dabat ei di-  
cens. Sinite: uideamus si ueniat helyas ad deponen-  
dum eum. Ihesus autem emissa uoce magna exspirauit. Et ue-  
ramus. Tunc nabuchodonosor repletus est furore. et aspectus  
faciei illius immutatus est super sidrach. mysalach. et abde  
nago. et precepit ut succenderetur fornax septuplum quam  
succendi consueuerat. **E**t uiris fortissimis de exercitu suo  
iussit ut ligatis manibus et pedibus sidrach. mysalach et ab  
denago. mitterent eos in fornacem ignis ardentis. **E**t fest



tim uiri illi uincti cū braciis suis ⁊ thuribus ⁊ calciamentis  
 et uestibus. missi sūt ī mediū fornacis ignis ardētis. Nam  
 iussio regis urgebat. fornax autē succensa erat nimis.  
 Porro uiros illos qui inuaserāt sydrach. mysach ⁊ abde  
 nago interfecit flāma ignis. uiri autē hii tres. sydrach.  
 mysach ⁊ abdenago. ceciderūt ī medio camino ignis  
 ardentis colligati. et ambulabāt ī medio flāme lau  
 dantes deū ⁊ benedicentes dñm. *Leo. e. bī pauli apli.*

**R**es? *Si consurrexistis Ad Colocenses.*  
 cū xp̄o que sursum sūt querite. ubi xp̄c ē ad dex  
 terā dei sedens. que sursum sūt sapite. nō que sup tram.  
 Mortui enī estis. ⁊ uita ūra abscondita ē. cū xp̄o in deo.  
 Cū enī xp̄c apparuerit uita ūra: tūc ⁊ uos apparebitis  
 cū ipso in glā. *Sec. Matheū.*

**U**espere sabbati que lucebat ī prima sabbati: uenit  
 maria magdalena ⁊ altera maria. uidere sepul  
 chri. Et ecce tremor factus ē magnus. Angelus enī  
 dñi descendit de celo: ⁊ accedēs reuoluit lapidē. ⁊ sede  
 bat sup eū. Erat autē aspectus eius sicut fulgur. ⁊ uesti  
 menta eius sicut nix. Pre timore autē eius exterriti sūt  
 custodes: ⁊ facti sūt uelut mortui. Respondēs autē an  
 gelus: dixit mulieribz. Nolite timere uos. Scio enim  
 quod ih̄m qui crucifixus ē queritis. Nō est hic. Surrexit  
 enī: sicut dixit. Venite ⁊ uidete locū: ubi positus erat  
 dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius quia surrexit.  
 ⁊ ecce p̄cedet uos ī galileā. Ibi eū uidebitis. ecce dixi uo  
 bis. *In die scō pasche. Ad chorinthios.*



**R's:** **E**xpurgate uetus fermentū: ut sitis noua & persio sicut estis azimi. Etenim pascha nrm̄ immolat' est xpc. Itaq; epulemur. nō in fermento ueteri. neq; i fermente malicie & nequicie: sed in azimis sinceritatis & ueritatis.

**S. Marcū.**

**I**n die illa. **M**aria magdalene. & maria iacobi & salome emerūt aromata: ut uenientes ungeret ih̄m. Et ualde mane una sabbator; ueniūt ad monumentū. orto iam sole. Et dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab ostio monumenti? Et respicientes: uiderūt reuolutū lapidē. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes i monumentū: uiderūt iuuenē sedentē i dextro coopertū stola candida & obstupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expauescere. Ih̄m queritis nazarenū: crucifixū. Surrexit: nō ē hic. Ecce locus: ubi posuerūt eū. Sed ite dicite discipulis ei' & petro: quia p̄cedet uos i galyleam. Ibi eū uidebitis. sicut dixit uobis. **fr̄. u. l. actiū apl.**

**I**n diebus illis. **S**tans petrus i medio plebis dixit. Viri fr̄s. uos scitis quod factū ē uerbū p̄ uniuersā uideam. i ap̄ies enī a galylea. post baptismū quod p̄dicauit ioh̄es. ih̄m a nazareth. quom̄ unxit eū d̄s spū sc̄o. et uirtute. Qui p̄transiuit bene faciendo & sanando om̄es oppressos a dyabolo: qm̄ d̄s erat cū illo. Et nos testes sumus omniū que fecit i regione iudeor; & ierlm̄. Quē occiderūt suspendētes i ligno. Hūc d̄s suscitauit tertia die. & dedit eū manifestū fieri. nō omni pp̄lo. sed testib;



ordinatis a deo: nobis qui manducauimus. Et bibimus  
 cum illo. postquam resurrexit a mortuis. Et precepit nobis  
 predicare populo et testificari. quia ipse est qui constitutus est a deo  
 iudex uiuorum et mortuorum. Huic omnes prophete testimonium  
 perhibent. remissionem peccatorum accipe per nomen eius omnes  
 qui credunt in eum.

**S. Lucam.**

**I**n illo. **D**uo ex discipulis ihu ibant die ipsa in castellum  
 quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab ierusalem: nomine  
 emaus. Et ipsi loquebantur ad inuicem: de hijs omnibus que  
 acciderant. Et factum est dum fabularentur et secum quererent.  
 et ipse ihu appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum  
 tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi  
 sermones quos conferitis ad inuicem. ambulantes et estis  
 tristes. Et respondens unus cui nomen cleophas: dixit  
 ei. Tu solus peregrinus es in ierusalem: et non cognouisti que  
 facta sunt in illa hijs diebus. Quibus ille dixit. Que. Et di  
 xerunt. De ihu nazareno. qui fuit uir propheta potens in  
 ope et sermone coram deo et omni populo: et quomodo eum tradi  
 derunt summi sacerdotes et principes nostri in dampnatione  
 ne mortis: et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus: quia  
 ipse esset redempturus israel. Et nunc super hec dies. tertia  
 dies est hodie. quod hec facta sunt. Sed et mulieres quedam  
 ex nostris terruerunt nos. que ante lucem fuerunt ad monu  
 mentum. et non inuento corpore eius. uenerunt dicentes se  
 etiam uisionem angelorum uidisse: qui dicunt eum uiuere. Et  
 abierunt quedam ex nostris ad monumentum. et ita inuenerunt  
 sicut mulieres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. Et ip

*my. apicw*



se dixit ad eos. **O** stulti & tardi corde ad credendum. in omnibus que locuti sunt prophete. Nonne hec oportuit pati christum. et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a moysse & omnibus prophetis? interpretabat illis in omnibus scripturis que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane nobiscum quoniam ad uesperas sit? & inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. Et factum est dum recumberet cum illis? accepit panem? & benedixit ac fregit. & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum? & cognouerunt eum. Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis. dum loqueret in uia & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora? regressi sunt in ierusalem? et inuenierunt congregatos undecim? & eos qui cum ipsis erant dicentes. quod surrexit dominus uere. & apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in uia? & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. **fr. iiii. l. Actuum aplos.**

**I**n diebus illis. Surgens paulus? & manu silentium indicens ait. Viri fratres. filii generis abraham & dei. qui in uobis timent deum? uobis uerbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant ierusalem & principes eius? ignorantem ihesum. & uoces prophetarum. que per omne sabbatum leguntur. iudicantes impleuerunt. Et nullam causam mortis inuenientes in eo? petierunt a pylato. ut interficerent eum. Cumque consummasent omnia que de eo scripta erant? deponentes eum de ligno. posuerunt in monumento? deus uero suscitauit eum a mortuis. Qui uisus est per dies multos hijs qui simul ascenderant



cū eo de galylea. ī ierlm: qui usq; nūc sūt testes et' ad  
plebem. Et nos uobis annuntiam' eam que ad patres  
nrōs remissio scā ē: qm̄ hanc d's adimpleuit filijs nr̄is  
resuscitans ih̄m xp̄m dñm nr̄m. *S. lucam.*

**N**ullo. t. **S**tetit ih̄c ī medio discipuloꝝ suoꝝ: et dicit eis.  
Pax uobis. Ego sū: nolite timere. Conturbati uero  
et territi: existimabāt se sp̄m uidere. Et dixit eis. Quid  
turbati estis: et cogitationes ascendūt ī corda ur̄a. Vi  
dete manus meas et pedes: quia ego ipse sū. Palpate  
et uidete: quia sp̄c carnē et ossa nō habet: sicut me ui  
dens habere. Et cū hoc dixisset: ostendit eis manus et  
pedes. Adhuc aut̄ illis nō credentib; et mirantib; p̄ gau  
dio. dixit. Habetis hic aliquid quod manducet'. At illi  
obtulerūt ei partē piscis assi: et fauū mellis. Et cū man  
ducaisset corā eis: sumēs reliquias dedit eis: et dixit ad  
eos. Hec sūt uerba que locut' sū ad uos cū adhuc esse  
uobiscū: qm̄ necesse ē impleri. oīa que scripta sūt ī le  
ge moysi et p̄phetis. et psalmis de me. Tūc aperuit illis  
sensū ut ītelligerēt scripturas: et dixit eis. Qm̄ sic scrip  
tum ē: et sic oportebat pati xp̄m et resurgere a mortuis.  
die tertia: et p̄dicari ī nōie eius penitentiā et remissio  
nē p̄ccōꝝ in omēs gentes. *fr. iiii. lco Actūū aploꝝ.*

**A**d dieb; ill'. **A**periens petrus os suū dixit. Viri ista he  
lite: et qui timetis deū audite. Deus abrahā. et d's ysaac.  
et d's iacob. d's pattū nr̄oꝝ glorificauit filiū suū ih̄m.  
quē uos quidem tradidistis et negastis ante faciē pyla  
ti. iudicante illo dimitti. Vos aut̄ sc̄m et iustū negastis

in appicio



et petistis uirum homicidam donari uobis: auctorem uero  
uite interfecistis. Quis deus suscitauit a mortuis: cui  
nos testes sumus? Et nunc scitis scio. quia per ignorantiam  
fecistis. sicut et principes uiri. Deus autem que pronunti  
auit per os omnium prophetarum patri christum suum: impleuit sic.  
Poenitemini igitur et conuertimini. ut deleantur ustra peccata.

**N**ullo. t. **M**anifestauit se ihesus discipulis **S. Iohannem.**  
suis ad mare tyberiadis: manifestauit autem sic. Erant  
simul symon petrus et thomas qui dicitur dydimus. et  
nathanael qui erat achana galilee. et filii zebedei. et  
alii ex discipulis eius duo. Dicit eis symon petrus. vado  
piscari. Dicunt ei. Venimus et nos tecum. Et exierunt et as  
cenderunt nauem: et illa nocte nichil prebiderunt. Ma  
ne autem iam facto. stetit ihesus in litore: non tamen cogno  
uerunt discipuli quia ihesus est. Dicit ergo eis ihesus. Queri nunc quod  
pulummentarium habetis. Responderunt ei. Non. Dixit eis.  
Mittite in dexteram nauis rete. et inuenietis. Miserunt  
ergo. et iam non ualebant illud trahere a multitudine  
piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat ihesus petro.  
Domine es. Symon petrus cum audisset quia dominus est. tunicam  
succinxit. se. Erat enim nudus. Et misit se in mare: alii  
autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant a ter  
ra: sed quasi cubitis ducentis. trahentes rete piscium. Ut  
ergo descenderunt in terram. uiderunt primas positas. et pisces  
suppositum et panem. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus: quos  
prebideristis nunc. Ascendit symon petrus. et traxit re  
te in terram. plenum magnis piscibus. centum quinquaginta

S  
vii 1410



tribz. Et cū tantū essent. nō ē scissū rete. Dicit eis ihc.  
 Venite prandete. Et nemo audebat discumbentū interro-  
 gare eū tu quis es. scientes quia dñs ē. Et uenit ihc ꝛ ac-  
 cepit panē ꝛ dat eis. ꝛ piscem similit. Hoc iam tertio ma-  
 nifestatus ē ihc discipulis suis. cū resurrexiss; a mortuis.

**In diebus illis. Angelus dñi. fr. v. Lco actuū apłoz.**

**L**ocutus ē ad phylippū dicens. Surge ꝛ uade cōtra me-  
 ridianū: ad uiam que descendit ab ierlm ī gazam. hec  
 ē deserta. Et surgēs abiit. Et ecce uir ethyops. eunuchus  
 potens candidatis regine ethyopiū. qui erat sup omēs ga-  
 zas eius. uenerat adorare ī ierlm: ꝛ reuertebat sedens  
 sup currū suū. legensq; ysaiā ppheta. Dixit autē sp̄s  
 phylippo. Accede ꝛ adiunge te. ad currū istū. Accurrens  
 autē phylippus: audiuit illū legentē ysaiā ppheta ꝛ dixit.  
 Putas ne intelligis que legis. Qui ait. Et quomōdō possū.  
 nisi aliq; ostenderit m̄. Rogauitq; phylippū: ut ascende-  
 ret ꝛ sederet secū. Locus autē scripture hęc erat. quā lege-  
 bat. Tamquā ovis ad occisionē ductus ē. ꝛ sicut agnus  
 corā tondente se sine uoce. sic nō aperuit os suū. In humi-  
 litate iudiciū eius sublatū est. Generationē eius quis  
 enarrabit. Quoniā tolletur de terra uita eius. Respon-  
 dens autē eunuchus phylippo dixit. Obsecro te. de quo p  
 pheta dicit hoc. Dese an de alio aliquo. Aprens autē phy-  
 lippus os suū: ꝛ incipiēs a scriptura ista: euangelizauit  
 illi ih̄m. Et dū irent p uiam: uenerūt ad quandā aquā.  
 Et ait eunuchus. Ecce aqua: quis phibet me baptizari.  
 Dixit autē phylippus. Si credis ex toto corde licet. Et res



pondens ait. Credo filiū dei eē ih̄m xp̄m. Et iussit sta-  
te currū. Et descenderūt uterq; ī aquā phylippus ⁊ eunu-  
chus. ⁊ baptizauit eū. Cū autē ascenderent de aqua.  
sp̄s dñi rapuit phylippū. ⁊ amplius nō uidit eū eunu-  
chus. Ibat autē p̄ uiam suā gaudens. Phylippus autē  
inuent⁹ est ī azotho: et p̄transiēs euangelizauit cui-  
tatib; cunctis donec ueniret cesareā nomē dñi ih̄u xp̄i.

*prima apico*  
**I**n illo. t. **M**aria stabat ad monu- **S. ioh̄em.**  
mentū foris plorans. Dū ergo fletet: inclinauit se et  
p̄spexit ī monumentū: ⁊ uidit duos angelos ī albis  
sedentes. unū ad caput ⁊ unū ad pedes: ubi positū fu-  
erat corpus ih̄u. Dicūt ei illi. Mulier quid ploras? Di-  
cit eis. Quia tulerūt dñm meū: ⁊ nescio ubi posuerūt  
eū. Hec cū dixisset. uersa ē retrorsū. ⁊ uidit ih̄m stan-  
tem: ⁊ nō sciebat quia ih̄c ē. Dicit ei ih̄c. Mulier quid  
ploras? Quē queris? Illa existimans quia ortulamus  
eēt: dicit ei. Dñe si tu sustulisti eū. dicito m̄ ubi posuisti  
eū: ⁊ ego eū tollam. Dicit ei ih̄c. Maria. Conuersa il-  
la: dicit ei. Rabboni. Quod dicit magist. Dicit ei ih̄c.  
Noli me tangere: nōdū enī ascendi ad patrē meū. Vade  
autē ad fr̄es meos: ⁊ dic eis. Ascendo ad patrē meū et  
patrē ur̄m: ⁊ deū meū ⁊ deū ur̄m. Venit maria magda-  
lena annuntians discipulis: quia uidi dñm: ⁊ hec dixit  
michi. **fr̄. vi. Leo epl̄e b̄i pet̄ apli.**

**B**at. **X**p̄c semel p̄ p̄ctis nr̄is mortuus ē iustus  
p̄ inuisis. ut nos offerret dō: mortificatos quidē  
carne. uiuificatos autē sp̄u. In quo ⁊ hys qui ī carne e



tant spiritalit' ueniens p'dicauit. qui increduli fuerat  
 aliquando. quando expectabat dei patientia. i diebus  
 noe cu' fabricaretur archa: i qua pauci idest octo aie  
 salue facte sunt p aqua. Quod & uos nunc similis forme  
 saluos facit baptisma: no' carnis depositio sordiu'. sed  
 scientie bone i'terrogatio in deū. p resurrectionē ihū  
 xpī qui ē in dextera dei. *S. Matheū.*

**I**n illo. t. *V*ndecim discipuli abierunt i galyleā: i monte  
 ubi constituerat illis ihc. Et uidentes eū adorauerunt  
 quidā autē dubitauerunt. Et accedēs ihc: locutus ē eis  
 dicens. *D*ata ē michi omnis potestas i celo & i terra. Eun  
 tes q' docete omnes gentes. baptizantes eos i noīe patris  
 & filij & sp̄s sc̄i. docentes eos seruare oīa quecūq; manda  
 ui uobis. Et ecce ego uobiscū sū omībz diebz. usq; ad cō  
 sūmationē sc̄i. *Sabbō. l. e. b. pet' apli.*

**R**emittentes omnē maliciā & omnē doli  
 & simulationes & inuidias & omēs detractiones.  
 sicut modo geniti infantes. rationabiles sine dolo. lac  
 & cupiscite. ut i eo crescatis i salutē. si tamen gustastis  
 qm̄ dulcis ē dñs. *A*d quē accedēs lapidē uiuum ab  
 hoībz quidē reprobū. a deo autē electū & honorificatū.  
 et ip̄i tamquā lapides uiui sup edificamini domus  
 spiritalis. sacerdotiū sc̄m offerre spiritalis hostias.  
 acceptabiles dō p ih̄m xp̄m. *P*ropt' quod & inet scrip  
 tura. *E*cce pono in syon lapidē sūmū angulatē. electū  
 p̄ciosū. & qui crediderit i eum nō confundet'. *V*obis igit'  
 honor credentibz. nō credentibz autē lapis quē reproba



uerūt edificantes. hic factus ē in caput anguli. ⁊ lapis  
offensionis. ⁊ petra scandali. hys qui offendūt ūbo  
nec credunt. ī quo ⁊ positi sūt. Vos autē genus electū.  
regale sacerdotiū gens scā ppl's acquisitionis. ut uir  
tutes annuntietis eius. qui de tenebris uos uocauit  
ī admirabile lumen suū. qui aliquando nō ppl's. nūc  
autē ppl's dei. qui nō ōsecuti mīam. nūc autē mīam  
ōsecuti.

*S. Johem.*

**U**na sabbati maria magdalena uenit mane cū  
adhuc tenebre ēent ad monumentū. ⁊ uidit la  
pidem sublatū a monumēto. Cucurrit g̃ ⁊ uenit ad sy  
monē petrū. ⁊ ad aliū discipulū quē amabat ihc. ⁊ dicit  
eis. Tulerūt dñm de monumēto. ⁊ nescimus ubi po  
suerunt eū. Erat g̃ petrus. ⁊ ille alius discipul's. ⁊ uene  
runt ad monumentū. Currebāt autē duo simul. ⁊ ille  
alius discipulus p̃cucurrit citius petro ⁊ uenit prim'  
ad monumentū. ⁊ cū se inclinasset uidit posita lintea  
mina. nō tamen itrouit. Venit g̃ symon petr' sequens  
eū. ⁊ itrouit ī monumentū. ⁊ uidit lintheamina posi  
ta. ⁊ sudariū quod fuerat sup caput eius. nō cū lintheami  
nibz positi. sed sepatim inuolutū in unū locū. Tūc g̃  
itrouit ⁊ ille discipul's qui uenerat primus ad monumē  
tum. ⁊ uidit ⁊ credidit. Aondū enī sciebāt scripturas. q̃a

**H**oporteret eum a mortuis resurgere. *Doc. in octā pasche*  
*mī. Omne quod* *Lōe. bī johānis apli.*  
natū ē ex deo. uincit mundū. Et hec ē uictoria  
quē uincit mundū: fides ūra. Quis ē autē qui uincit



mundū nisi qui credit quoniam ih̄c est filius dei. Hic est qui uenit per aquam et sanguinem ih̄c xp̄c. nō in aqua solū. sed in aqua et sanguine. Et sp̄s est qui testificat. quoniam xp̄c est ueritas. quia tres sūt qui testimoniū dant in terra. sp̄s aqua et sanguis. et tres unū sūt. et tres sūt qui testimoniū dant in celo. pater uerbū et sp̄s. et tres unū sūt.

**S**i testimoniū hominū accipimus. testimoniū dei maius est. quoniam hoc est testimoniū dei quod maius est. quia testificat de filio suo. Qui credit in filiū dei h̄t testimoniū dei in se.

**Q**uoniam esset sero die illo una sabbatorum et fores essent clausae. **S. ioh̄em.** Ubi erant discipuli congregati propter metum iudeorum. uenit ih̄c et stetit in medio et dixit eis. Pax uobis. Et cum hoc dixisset ostendit eis manū et lat̄. Gausi sunt ergo discipuli. uiso dño. Dixit ergo eis iterū. Pax uobis. Sicut misit me pater. et ego mitto uos. Hoc cum dixisset. inflauit et dixit eis. Accipite sp̄m sc̄m. Quorum remiseritis peccata remittentur eis. et quorum retinueritis retenta sunt.

**T**homas autem unus ex duodecim qui dicitur didimus non erat cum eis quando uenit ih̄c. Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidimus dñm. Ille autem dixit eis. Nisi uidero in manibus eius figuram clauorum. et mittam digitum meum in locum clauorum. et mittam manū meā in latus eius non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus. et thomas cum eis. Venit ih̄c ianuis clausis. et stetit in medio et dixit. Pax uobis. Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc. et uide manus meas. et affer manū tuā et mitte in latus meū. et noli esse incredulus sed fidelis. **R.** respondit thomas. et dixit ei. Dñs meus. et d̄s meus.

**Dumio.**  
in illo. t.



Dicit ei ihc. Quia uidisti me. credidisti. Beati qui non uide-  
runt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit ihc in co-  
spectu discipulorum suorum. que non sunt scripta in libro hoc.  
Hec autem scripta sunt ut credatis. quia ihc est xpc filius  
dei. et ut credentes uitam habeatis in nomine ipsius. *fr.*

*Rs. Obedite propositis uis. Ad hebreos.*

**H**auris et subiacete eis. Ipsi enim pugnant. quasi  
rationem per animabus uestris reddunt. ut cum gaudio hoc faci-  
ant. et non gementes. Hoc enim non expedit uobis. Orate  
pro nobis. Confidimus enim quia bonam scientiam habe-  
mus. in omnibus. uolentes bene querere. Amplius autem  
deprecor uos hoc facere. ut quo celerius restituar uobis.  
Deus autem pacis. qui eduxit de mortuis pastorem magni  
ouium in sanguine testamenti eterni dominum nostrum ihum xpm  
aptet uos in omni bono. ut faciatis uoluntatem eius.  
faciens in uobis quod placeat coram se per ihum xpm. Cui  
gloria in secula seculorum amen. *S. Marcu.*

**I**n illo. t. Surgens ihc mane prima sabbati. apparuit  
primo marie magdalene. de qua eiecerat septem demo-  
nia. Illa uadens. nuntiavit hijs qui cum eo fuerant lugen-  
tibus et flentibus. Et illi audientes quia uiuere. et uisus es-  
set ab ea. non crediderunt. Post hec autem duobus ex eis am-  
bulantibus ostensus est in alia effigie. euntibus in uillam.

Et illi euntes nuntiauerunt ceteris. *fr. vi. Ad thymoteum.*

**R**em. Diuitibus huius seculi prope. non sublimis  
sapere. neque sperare in incerto diuitiarum. sed in domino qui  
prestat nobis omnia habunde ad fruendum. bene agere. di



uites fieri. in omnibus bonis operibus. facile tribuere. commu-  
nicare. thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum. ut  
apprehendant ueram uitam. **O** thymothee depositum custodi. de-  
uitans phantas uocum nouitates. et oppositiones falsi no-  
minis scientie. Quam quidam permittentes. circa fide exide-  
runt. **Gr̃a dei tecum amē.** **S. Mathēi**

**I**n illo. t. **E**xierunt mulieres cito de monumento. cum timore  
et gaudio magno. currentes nuntiare discipulis ihu. Et  
ecce ihc. occurrit illis dicens. **Quete.** Ille autem accesserunt et  
tenuerunt pedes eius. et adorauerunt eum. **Tunc** ait illis ihc.  
**Nolite timere.** Ite nuntiate fratribus meis. ut eant in galyleam.  
Ibi me uidebunt. **Que** cum abissent. ecce quidam de custodibus  
uenerunt in ciuitatem. et nuntiauerunt principibus sacerdo-  
tum omnia que facta fuerant. **Et** aggregati cum senioribus. consilio ac-  
cepto. pecuniam copiosam dederunt multis dicens. **Dicite**  
quia discipuli eius nocte uenerunt. et furati sunt eum nobis.  
dormientibus. **Et** si hoc auditum fuerit a prefide. nos suade-  
bimus ei et securos uos faciemus. **At** illi accepta pecunia.  
fecerunt sicut erant docti. **Et** diuulgatum est uerbum istud.

**I**n apud iudeos. usque in hodiernum diem. **Doc. i. pt. oct. pasche.**  
**R**mi. **X**pc passus est **Lco. eple. bi petri apli.**  
pro nobis. uobis relinquens exemplum. ut sequami-  
ni uestigia eius. **Qui** peccatum non fecit. nec inuenit est dolum  
in ore eius. **Qui** cum malediceretur. non maledicebat. **Si** pa-  
teretur. non comminabatur. **Tradebat** autem iudicanti se iniuste.  
qui peccata nostra ipse proculit in corpore suo super lignum. ut patris  
mortui iusticie uiuamus. cuius uiuore sanati estis. **Tra-**



tis enī sicut oues errantes? sed uertī estis nūc ad pastore  
et ep̄m aīarū ur̄ay. *S. Johem.*

**I**n illo. t. **D**ixit dñs ih̄c discipulis suis. Ego sū pastor  
bonus. Bonus pastor aīam suā dat p ouibz. Mercen  
narius ⁊ qui nō ē pastor cuius nō sunt oues pp̄re. ui  
det lupū uenientē ⁊ dimittit oues ⁊ fugit. Et lupus ra  
pit? ⁊ disp̄git oues. Mercennarius autē fugit? quia mer  
cennarius ē. ⁊ nō p̄tinet ad eū de ouibz. Ego sū pastor  
bonus. ⁊ cognosco meas. ⁊ cognoscūt me mee. Sicut  
nouit me pater. ⁊ ego agnosco patre. et aīam meā po  
no p ouibz meis. Et alias oues habeo. que nō sūt ex hoc  
ouili. ⁊ illas oportet me adducere. ⁊ uocē meā audiēt.

**E**t fiet unū ouile. ⁊ unus pastor. *fr. iiii. l. e. b. pet̄ apl.*

**B**ñi. **S**cientes quod nō corruptibilibz argento  
uel auro redempti estis. de uana ur̄a uersati  
one paterne traditionis. sed p̄ioso sanguīe. quasi ag  
ni īcontaminati ⁊ immaculati. ih̄u xp̄i. p̄cogniti qui  
dem ante mūdi aīstitutionē. manifestati autē nouis  
simis t̄p̄ibz. p̄t uos qui p̄ ipsū fideles estis ī deo. q̄  
suscitauit eū a mortuis. ⁊ dedit ei gl̄am. ut fides ur̄a  
⁊ spes eēt ī deo. Aīas ur̄as. castificantes ī obedientia  
caritatis. ī fraternitatis amore. simplici ex corde. inui  
cem diligite attentius. renati nō ex semine corruptibi  
li. sed ī corruptibili. p̄ uerbū dei uiuī ⁊ p̄manētis: quia  
om̄is caro ut fenu. ⁊ om̄is gl̄a eius tamquā flos feni. Ex  
aruit fenu. ⁊ flos eius decidit. uerbū autē dñi manet  
ī eternū. *S. Lucam.*

**I**n illo. t.



**U**na sabbati ualde diluculo. uenerunt mulieres ad monumentum portantes que parauerant aromata. Et inuenerunt lapidem reuolutum a monumento. Et inueniunt corpus domini ihesu. Et factum est dum mente asternate essent de isto: ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timeret autem et declinarent uultum in terram: dixerunt ad illas. Quid queritis uiuentem cum mortuis? Non est hic: sed resurrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis. cum adhuc in galylea esset dicens. Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum propter peccata et crucifigi: et tertia die resurgere. Et recordate sunt uerborum eius. Et regressae a monumento. nuntiauerunt haec omnia illis undecim. et ceteris omnibus. Erat autem maria magdalena. et iohanna et maria iacobi. et ceterae que cum eis erant: que dicebant ad apostolos haec. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista: et non credebant illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: et percumbens uidit linteamina sola posita. Et abiit secum mirans quod factum fuerat. **sc. vi.**

**R. Q**ertus sum ego ipse de uobis. **Ad Romanos.** quoniam et ipsi pleni estis dilectione: repleti omni scientia. ita ut possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi uobis fratres ex parte tamquam in memoriam uos reducens propter gratiam que data est michi a deo. ut sim minister christi ihesu. in gentibus. sanctificans euangelium dei: ut fiat oblatio gentium accepta. sanctificata in spiritu sancto. habeo igitur gloriam in christo ihesu domino nostro.



**F**ello. t. **A**ccesserunt ad ihm discipuli iohannis **Matheu**  
dicentes. **Q**uare nos et pharisei ieiunamus frequenter  
discipuli autem tui non ieiunant. **E**t ait illis ihc. Numquid  
possunt filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus.  
**V**enient autem dies cum auferet ab eis sponsus. et tunc ieiun-  
nabunt. **N**emo autem mittit commissuram panni rudis in  
uestimentum uetus. tollit enim plenitudinem eius a uesti-  
mento. et petior scissura fit. neque mittunt uinum nouum  
in utres ueteres. alioquin rumpunt utres. et uinum effun-  
dit. et utres pibunt. sed uinum nouum in utres novos mit-  
tunt. et ambo seruantur. **Do. ii. pt. oct. pasche.**

**B**nt. **O**bscuro uos **Lo. c. b. petri apli.**  
tamquam ad uenas et pegrinos. abstinere uos  
a carnalibus desideriis. que militant aduersus ani-  
mam uersationem uestram inter gentes habentes bonam  
ut in eo quod detrahant de uobis tamquam de malefacto-  
ribus. ex bonis opibus uos considerantes. glorificent deum  
in die uisitacionis. **S**ubiecti estote omni humane cre-  
ature propter deum. siue regi quasi precellenti. siue ducibus  
tamquam ab eo missis. ad uindictam malefactorum laudem  
uero bonorum. quia sic est uoluntas dei. ut beneficientes  
obmutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam  
quasi liberi. et non quasi uelamen habentes malicie li-  
bertate. sed sicut serui dei. **O**mnes honorate. fraternitatem  
diligite. **D**eum timeate. regem honorificate. **S**erui subditi es-  
tote in omni timore dominis. non tantum bonis et modestis. sed  
etiam discolis. **H**ec est enim gratia. in christo ihu domino nostro.



**I**n illo. t. **D**ixit dñs ih̄c discipulis suis. **Modi. S. Johem.**  
 cū r̄ tam non uidebitis me. r̄ iterū modicū r̄ uidebitis  
 me. quia uado ad patrē. **D**ixerūt ḡ ex discipulis ei' ad  
 inuicē. **Q**uid ē hoc quod dicit nobis modicū r̄ nō uidebi  
 tis me. r̄ iterū modicū r̄ uidebitis me. r̄ quia uado ad  
 patrē. **D**icebāt ḡ. **Q**uid ē hoc quod dicit modicū. **N**esci  
 mus quid loquit. **C**ognouit aut̄ ih̄c quia uolebāt eū  
 interrogare. r̄ dixit eis. **D**e hoc queritis int̄ uos. quia  
 dixi modicū r̄ nō uidebitis me. r̄ iterū modicū r̄ uidebi  
 tis me. **A**mē amē dico uobis. quia plorabitis. r̄ flebitis uos.  
 mundus aut̄ gaudebit. **V**os aut̄ tristabimini. sed tris  
 tia ūra uentur̄ i gaudiū. **M**ulier cū parit tristitiam  
 habet quia uenit hora eius. cū aut̄ peperit puerū. iā  
 nō meminit pressire p̄t̄ gaudiū. quia natus ē homo  
 i mūdū. **E**t uos igit̄ nūc quidē tristitiā habetis. iterum  
 aut̄ uidebo uos. r̄ gaudebit cor ur̄m. **E**t gaudiū ur̄m.

**nemo tollet a uobis. fr. iiii. Leo. e. b. Johis apli.**  
**B**ñi. **H**ec scribo uobis. ut nō peccetis. sed r̄ si q̄s  
 peccauerit. aduocatū habem' apud patrē ih̄m  
 xp̄m iustū. r̄ ip̄e ē p̄piciatio p̄cc̄is nr̄is. nō p̄ ur̄is autē  
 tantū. sed etiā p̄ocius mūdū. **E**t i hoc scimus qm̄ cogno  
 uimus eū. si mandata ei' obseruem'. **Q**ui dicit se nosse  
 deū. r̄ mandata ei' nō custodit. mendax ē. r̄ i eo ueritas  
 nō est. **Q**ui aut̄ seruat uerbū ei'. uere i hoc caritas dei p̄  
 fecta ē. **I**n hoc scimus. quoniā in ip̄so sumus. **Q**ui dicit  
 se i ip̄so manere. debet sicut ille ambulauit. r̄ ip̄e am  
 bulare. **K**m̄. nō mandatū nouū scribo uobis. s; man



datū uetus. quod habuistis ab initio. Mandatū uetus  
ē. uerbū quod audistis. Iterū mandatū nouū scribo  
uobis quod ē uerū. et in ipso et in uobis. quoniam tenebre tran-  
sierūt. et lumen uerū iam lucet: per ih̄m xp̄m dñm nr̄m.

**N**ullo. t. **F**acta ē questio ex discipulis **S. ioh̄em.**  
ioh̄anis cū iudeis. de purificatione. Et uenerūt ad  
ioh̄annē. et dixerūt ei. Rabbi. quis erat tecū trās ior-  
danē. cui tu testimoniuū phibui. ecce hic baptizat. et  
om̄es ueniūt ad eū. Respondit ioh̄annes. et dixit. Non  
potest homo accipe quicquā. nisi fuerit ei datū de ce-  
lo. ipsi uos in testimoniuū phibetis. quod dixerim ego  
nō sū xp̄c. sed quia missus sū ante illū. Qui habet spon-  
sam sponsus ē. amicus autē sponsi qui stat. et audit  
eū. gaudio gaudet pro uocē sponsi. hoc ḡ gaudium  
meū impletū ē. Illū oportet crescere. me autē minui.  
Qui desursū uenit: sup̄ om̄es ē. Qui est de terra: de  
terra ē. et de terra loquitur. Qui de celo uenit supra om-  
nes ē. et quod uidit et audiuit hoc testat. et testimoni-  
um ei nemo accipit. Qui accipit testimoniuū ei. sig-  
nauit quia d̄s uerax ē. Quē enī misit d̄s: uerba dei  
loquit. Nō enī ad mensurā dat d̄s sp̄m. Pater diligit  
filium. et oīa dedit in manus ei. Qui credit in filium. habet  
uitā eternā. Qui autē incredulus ē filio: nō uidebit  
uitā. sed ira dei manet sup̄ eū. **fr̄. vi. ad Colocenses.**

**E**ts̄. **D**ico uobis. ut nemo uos decipiat in subli-  
mitate sermonū. Nam et si corpe absens sū. sed  
sp̄m uobiscū sum. gaudens et uidens ordinē ur̄m. et



firmamentū ei. que in xpo ē fidei uir. Sicut g accepistis  
xpm ihm dnm in ipso ambulare. radicati. ⁊ sup edificati  
in ipso. ⁊ firmati in fide. sicut ⁊ didicistis. *S. Johem.*

**I**n illo. t. Dixit dñs ihc turbis. Ego lux in mundū ueni.  
ut omīs qui credit in me in tenebris nō maneat. Et si quis  
audierit uerba mea. ⁊ nō custodierit. ego nō iudico eū.  
Nō enī ueni ut iudicem mundū. sed ut saluificē mun  
dū. Qui spernit me ⁊ nō accipit uerba mea. habet qui  
iudicet eū. Sermo que locutus sū. ille iudicabit eū in no  
uissimo die. quia ego ex me ipso nō sum locut⁹. sed qui  
misit me pater. ipse in mandatū dedit quid dicam ⁊ qd  
loquar. ⁊ scio quia mandata ei uita eterna ē. Que g ego  
loquor. sicut dixit in pater sic loquor. *Do. iij. pt. oct. m.*

**B**ñi. *O*mnē datū optimū *L. e. vi. Jacobi apli.*  
et omne donū pfectū defursū ē descendēs a patre  
luminū. apud quē nō est transmutatio. nec uicissitu  
dinis obumbratio. Voluntarie genuit nos uerbo uerita  
tis. ut simus inicitū aliquod creature ei. Sicut frēs mei  
dilectissimi. Sit aut omīs homo uelox ad audiendū.  
tardus autē ad loquendū. ⁊ tardus ad iram. Ira enī iu  
ri. iusticiā dei nō opat⁹. Ppt quod abicientes omnē in  
mundiciā ⁊ habundantiā malicie. in mansuetudine sus  
cipite in sitū uerbū. quod potest saluare aīas uras.

**I**n illo. t. Dixit dñs ihc. dis. i. *V*ado ad eū *S. Johem.*  
qui me misit. ⁊ nemo ex uobis interrogat me. Quo ua  
dis. Sed quia hec locutus sū uobis. tristitia impleuit cor  
urū. Sed ego ueritatē dico uobis. expedit uobis ut ego



uadam. Si enim non abiero: pacitur non ueniet ad uos: si  
autem abiero, mittam eum ad uos. Et cum uenerit ille arguet  
mundum de peccato, et de iusticia, et de iudicio, de peccato quidem  
quia non credunt in me, de iusticia uero, quia ad patrem ua-  
do, et iam non uidebitis me, de iudicio autem quia princeps  
mundi huius iam iudicatus est. Adhuc multa habeo uo-  
bis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem uene-  
rit ille spiritus ueritatis: docebit uos omnem ueritatem. Non enim  
loquetur a semetipso, sed quecumque audierit loquetur, et que  
uentura sunt annuntiabit uobis. Ille me clarificabit:  
quia de meo accipiet, et annuntiabit uobis. *fr. mii*

**H**is: Omnes uos filii lucis *Ad Thesalonicenses*  
estis: et filii diei. Non sumus noctis neque tenebrarum.  
Igitur non dormiamus sicut et ceteri: sed uigilemus, et sobrii si-  
mus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, et qui ebrii  
sunt, nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrii sumus,  
induti lorica fidei, et caritatis, et galeam spem salutis:  
quoniam non posuit nos deus in iram, sed in acquisitionem salutis  
per dominum nostrum Iesum Christum qui mortuus est pro nobis, ut siue  
uigilemus siue dormiamus, siue cum illo uiuamus. Propter  
quod consolamini inuicem, et edificate alterutrum sicut et  
facitis, in Christo Iesu domino nostro. *S. Iohem.*

**N**ullo. *t.* Respicens ihc in discipulos suos dixit. Pater  
scilicet: serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi: ut sint unum, si-  
cut et nos. Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo.  
Quos dedisti mihi custodiri: et nemo ex his perijt nisi fili  
perditionis: ut scriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio:



Et hec loquor in mundo: ut habeant gaudium meum impletum  
 in semet ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus odio  
 eos habuit. quia non sunt de mundo. sicut et ego non sum de  
 mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo: sed ut serues  
 eos ex malo. De mundo non sunt. sicut et ego non sum de mun-  
 do. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut  
 tu me misisti in mundum. et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego  
 sanctifico me ipsum: ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his  
 autem rogo tantum. sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum  
 in me: ut omnes unum sint sicut tu pater in me. et ego in te: ut  
 et ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat. quia tu me  
 misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis: ut sint  
 unum. sicut et nos unum sumus. Ego in eis. et tu in me: ut  
 sint et sumati in unum. et cognoscat mundus quia tu me  
 misisti. et dilexisti eos. sicut et me dilexisti. Pater quos  
 dedisti mihi uolo. ut ubi ego sum. et illi sint mecum. ut uideant  
 claritatem meam quam dedisti mihi. quia dilexisti me ante con-  
 stitutionem mundi. Pater uisite. et mundus te non cogno-  
 uit. ego autem te cognoui. et hi qui cognouerunt. quia tu me  
 misisti. Et nomen feci eis nomen tuum et nomen faciam. ut  
 dilectio qua dilexisti me in ipsis sit. et ego in ipsis. **fi**

**Rs: De spiritibus et momentis. vi. Ad Thesalonicenses.**  
**N**on indigetis ut scribam uobis. Ipsi enim diligen-  
 ter scitis. quia dies domini sicut fur in nocte. ita ueniet.  
 Cum enim dixerint pax et securitas: tunc repentinus eis su-  
 perueniet interitus. sicut dolor in utero habentis. et non  
 effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris: ut uos



dies illa tamquam fur apprehendat. Omnes enim uos filij  
lucis estis et filij diei. *S. Iohannem.*

*Allo. t.* Dixit dominus ihesu discipulis suis. Filioli: ad huc  
modicum uobiscum sum. Queretis me: et sicut dixi iudeis  
quo ego uado uos non potestis uenire: et uobis dico  
modo. Mandatum nouum do uobis. ut diligatis inui-  
cem sicut dilexi uos: ut et uos inuicem diligatis. In hoc  
cognoscent omnes quia discipuli mei estis: si dilectionem  
habueritis ad inuicem. Dicit ei symon petrus. Domine quomodo  
uadis? Respondit ihesu. Quo ego uado. non potes me mo-

do sequi. sequeris autem postea. *Do. un. p. pascha.*

*R. m.:* Estote factores uerbi. *Le. e. bi. iacobi apli.*  
et non auditores tantum. fallentes uos metipsums  
quia si quis auditor est uerbi et non factor. hic apparbitur  
uirum consideranti uultum naturitatis sue in speculo. Consi-  
derauit enim se et abiit: et statim oblitus est qualis fuerit.  
Qui autem prospexerit in lege perfecte libertatis. et permanse-  
rit. non auditor obliuiosus factus. sed factor opis: hic  
beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum  
esse non refrenans linguam suam. sed seducens cor suum. huius  
uana est religio. Religio mundana et immaculata apud  
deum et patrem hec est. uisitare pupillos et uiduas in tribu-  
latione eorum: et immaculatum se custodire ab hoc seculo.

*Allo. t.* Dixit dominus. i. d. s. Amen amen. *S. Iohannem.*  
dico uobis. siquid petieritis patrem in nomine meo: da-  
bit uobis. Usque modo non petistis quicquam in nomine  
meo. Petite et accipietis: ut gaudium uestrum sit plenum.



Hec in puerbis locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in puerbis loquar uobis. sed palam de patre annuntiabo uobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis. quia ego rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: quia uos me amastis. et credidistis quia ego a deo exiui. Exiui a patre. et ueni in mundum. iterum relinquo mundum. et uado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius. ecce nunc palam loqueris: et puerbum nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia: et non opus est tibi ut quis te interroget. In

**H**oc credimus. quia a deo existi. *In letania maiori.*  
**R**em. *Confitemini alterutrum. Leo epl. vi. Jacobi apli.*  
 peccata uestra. et orate pro inuicem. ut saluemini. Multum enim ualet deprecatio iusti assidua.

**H**elyas homo erat similis nobis passibilis: et oratione orauit ut non plueret super terram. et non pluit annos tres et menses sex. Et rursum orauit. et celum dedit pluuiam. et terra dedit fructum suum. Siquis autem errauerit ex uobis a ueritate. et uerterit quis eum. scire debet. quoniam qui uerti fecerit peccatorem ab errore uie sue. saluabit animam eius a morte. et operit multitudinem peccatorum. *S. Lucam.*

**I**n illo. t. *Dixit dominus. i. d. s. Quis uestrum habebit amicum. et ibit ad illum media nocte. et dicet illi. Amice. comoda mihi tres panes. quoniam amicus meus uenit de uia ad me. et non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat. Noli mihi molestus esse. iam ostium clausum est. et pueri mei mecum sunt in cubili. non possum surgere et dare tibi. Et ille si perseverauerit pulsans. dico uobis. et si non da*



bit illi surgens eo quod amicus eius sit. propter impro-  
bitatem tamen eius surget. et dabit illi quotquot habet  
necessarios. Et ego uobis dico. Petite. et dabit uobis.  
querite et inuenietis. pulsate et aperiet uobis. Omnis  
enim qui petit accipit. et qui querit inuenit. et pulsan-  
ti aperiet. Quis autem ex uobis patrem petit panem. num-  
quid lapidem dabit illi. Aut pisce. numquid pro pisce ser-  
pentem dabit illi. Aut si petierit ouem. numquid porci-  
get illi scorpionem. Si ergo uos cum sitis mali uolitis bona  
data dare filiis uestris. quanto magis pater uester  
de celo dabit spiritum bonum petentibus se. *In vig. Ascensionis.*

**H**is. *V*nicuique uestrum data est gratia. *Ad ephesios.*  
secundum mensuram donationis christi. Propter quod  
dicit. Ascendens in altum. captiuam duxit captiuitatem.  
dedit dona hominibus. Quod autem ascendit. quid est nisi  
quia et descendit primum in inferiores partes terre.  
Qui descendit. ipse est et qui ascendit super omnes celos.  
ut adimpleret. omnia. Et ipse dedit quosdam quidem  
apostolos. quosdam autem prophetas. alios. uero euangeli-  
stas. alios autem pastores et doctores. ad consummationem  
sanctorum in opus ministerii. in edificationem corporis christi. do-  
nec occurrant omnes in unitate fidei. et agnitionis filii  
dei. in unum perfectum. in mensuram etatis. plenitudinis christi.

*In illo. t. Subleuatis ihc oculis in S. Iohem.*  
celum: dixit. Pater uenit hora. clarifica filium tuum: ut  
et filius tuus clarificet te. sicut dedisti ei potestatem  
omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det eis uitam



eternā. Hec ē autē uita eterna. ut cognoscant te solum  
 uerū deū. & quē misisti ih̄m xp̄m. Ego te clarificaui sup  
 terrā. opus & summi quod dedisti m̄ ut faciam. Et nūc  
 clarifica me tu pater apud te metipsū. claritate quā  
 habui prius quā mūdo eēt apud te. Manifestaui  
 nomen tuū hoībz: quos dedisti m̄ de mundo. Qui erāt  
 et m̄ eos dedisti: & sermonē tuū seruauerūt. Nūc cogno  
 uerūt quia oīa que dedisti m̄ abt te sūt. quia uerba que  
 dedisti m̄ dedi eis. & ipsi acceperūt & cognouerūt uere quia  
 a te exiit. & crediderūt quia tu me misisti. Ego. p̄ eis rogo.  
 nō p̄ mūdo rogo. s; p̄ hys quos dedisti m̄. quia tui sunt.  
 Et mea oīa tua sūt: & tua mea sūt. & clarificat' sū in eis. Et  
 iam non sum ī mūdo: & hī ī mūdo sūt & ego ad te uenio.

*In die sc̄o. l̄o Actū apl̄oz.*

**R**imū quidē sermonē feci de oībz o theo  
 phile que cepit ih̄c facere et docere. usq; ī  
 diem qua p̄cipiens apl̄is p̄ sp̄m sc̄m quos  
 elegit assumpt' est. Quibz & p̄buit seipm̄ uiuū. post pas  
 sionē suā in multis argumētis. p̄ dies quadraginta ap  
 parens eis: & loquens de regno dei. Et quiescens p̄cepit  
 eis ab ierosolimis ne discederēt. s; expectarēt p̄missionē  
 patris quā audistis iquit p̄ os meū. quia iohānes quidē  
 baptizauit aqua: uos autē baptizabimini sp̄u sc̄o nō post  
 multos hos dies. Igit' qui uenerant. interrogabant eū  
 dicentes. Dñe si in tempe hoc restitues regnū isrl'. Dixit  
 autē eis. Nō est ur̄m nosse tempa uel momenta. que pat'  
 posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutē supuenien



is sp̄c sc̄i in uos: et eritis in testes in ierlm̄. et in omni iudea et  
samaria: et usq; ad ultimū terre. Et cū hec dixisset. uiden  
tibus illis eleuatus est: et nubes suscepit eū ab oculis eorū  
Cumq; intuerentur in celū euntem illū: ecce duo uiri asti  
terunt iuxta illos in uestib; albis: qui et dixerūt. Viri  
galylee. quid statis aspicientes in celū? Hic ih̄c qui as  
sumptus ē a uobis in celū: sic ueniet quēadmodū ui  
distis eū. euntem in celū. **Marci.**

**A**llo. t. **R**ecumbentibus undecim discipulis. apparuit illis  
ih̄c. et exprobrauit incredulitatē illorū. et duriciā cordis: quā  
hys qui uiderāt eū resurrexisse nō crediderūt. Et dixit eis.  
Euntes in mundū uniuersū. p̄dicate euangeliū omni crea  
ture. Qui crediderit et baptizatus fuerit: saluus erit.  
Qui uero nō crediderit: condemnabitur. **S**igna autē eos q̄  
crediderint: hec sequentur. In nōie meo demonia eicient:  
linguis loquantur nouis. serpentes tollent. Et si mortife  
rum quid biberint: nō eos nocebit. **S**up egros manus  
iponent: et bene habebūt. Et dñs quidem ih̄c postquā  
locutus ē eis: assumptus ē in celū. et sedit a dextris dei.  
Illi autē p̄fecti p̄dicauerūt ubiq;. dñō coopante. et sermo  
nē confirmante sequentibus signis. **fr. vi. lc. Actū ap̄lor.**

**A**diebus illis. **M**ultitudinis credentium erat cor unū. et aīa  
una: nec quisq; eorū que possidebat aliquid suū esse di  
cebat: sed erant illis oīa cōmunia. Et uirtute magna  
reddebāt ap̄li testimoniū resurrectionis ih̄u xp̄i dñi nr̄i  
et gr̄a magna erat in oībus illis. Nec enī quisquā egens erat  
int̄ illos. Quotquot enī possessores agrorū aut domorū

ix. ap̄ico

x.

F. vi.  
P. ait



erant. uendentes afferebat precium eorum que uendebat. et ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebant autem singulis prout cuiusque opus erat. *S. Lucā.*

**N**ullo. t. Dixit dominus i. d. s. Ego mittam promissum patris mei in uos. uos autem sedete in ciuitate. quo ad usque iouamini uirtute exalto. Edixit autem eos foras in bethaniam et eleuatis manibus suis benedixit eos. et factum est dum benediceret illis: recessit ab eis et ferebatur in celum. et ipsi adorantes: regressi sunt in iherosolimam cum gaudio magno. et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum. *Doct. p. ascensionem*

**B**enignus. *Doct. p. ascensionem* Estote prudentes et *1. cor. c. vi. per apli.* uigilate in orationibus. ante omnia autem mutuam in uobis metipsis caritatem continuam habentes. quia caritas operit multitudinem peccatorum. Hospitaliter inuicem sine murmuratione: unusquisque sicut accepit. gratiam in alterutrum illam administrantes. sicut boni dispensatores multiformis gratie dei. Siquis loquitur quasi sermones dei. si quis ministrat tamquam ex uirtute quam administrat deus. ut in omnibus honorificet deus. per ihesum christum dominum nostrum. *S. Johem.*

**N**ullo. t. Dixit dominus ihc d. s. s. Cum uenerit pateris quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me: et uos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum uobis: ut non scandalizemini. Absque synagoga facient uos. Sed uenit hora: ut omnes qui interficiunt uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis: ut

*[Faint handwritten notes or bleed-through from the reverse side of the page]*



cū uenerit hora eorū remiscamini quia ego dixi uobis.

**R̄s.** Videmus ih̄m fr̄. iiii. **Ad hebr̄eos.**

**H**̄m̄ p̄t̄ passionē mortis gl̄a & honore coronatū. ut gr̄a dei p̄ om̄ibz gustaret mortē. Decebat enī eū p̄t̄ quē om̄ia. & p̄ quē oīa. qui multos filios ī gl̄am adduxerat auctorem salutis eorū p̄ passionē cōsumari. Qui enim sc̄ificant. & qui sc̄ificantur: ex uno om̄es. Propt̄ quā causam. nō confundit̄ fr̄es eos uocare dicēs. Nuntiabo nomen tuū fr̄ibz meis: ī medio eccl̄e laudabo te. Et iterū. Ego ero fidens in eū. Et iterū. Ecce ego & pueri. quos m̄ dedit d̄s. Quia ḡ pueri cōmunicauerūt carnī & sanguinī. et ip̄e similiter participauit hūsdem. ut p̄ mortē destrueret eū. qui habebat mortis īperitū. id est dyabolū. & liberaret eos qui timore mortis. p̄ totā uitā obnoxii erāt. seruituti. Nusquā enī angelos apprehendit: sed semen abrahe apprehendit. Vnde debuit p̄ oīa fr̄atibz similari: ut misericors fieret. & fidelis pontifex ad deū: ut repp̄taret delicta ppli. In eo enī in quo passus ē ip̄e temptat̄ potens ē & eis qui temptant̄ auxiliari. ih̄c xp̄c d̄s n̄r. Anno. c. Dix̄ d̄s ih̄c. d. s. **S** i manserint in me & uerba mea ī uobis manserint. quodcūq; uolueritis petetis & fiet uobis. In hoc clarificatus ē pater meus. ut fructū plurimū afferatis. & efficiami ni mei discipuli. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi uos. Manete ī dilectione mea. Si p̄cepta mea seruaueritis: manebitis ī dilectione mea: sicut & ego patris mei p̄cepta seruaui. & maneo ī eius dilectione. Hec locutus



si uobis: ut gaudiū meū in uobis sit: et gaudiū ur̄m  
impleatur. *fr. vi. ad corinthios.*

**F**rs. *U*nusquisq; in qua uocatione uocat' est in  
ea p̄maneat. Seruus uocat' es: nō sit tibi cure:  
s; si potes liber fieri: magis uttere. Qui enī in dño uo  
catus ē seruus. Libertus ē dñi. Similit' qui liber uocat'  
ē: seruus ē xp̄i. Precio empti estis. nolite fieri serui  
hominū. *U*nusquisq; in quo uocatus est frater. i hoc  
p̄maneat apud deū. *S. iohem.*

**N**illo. t. *D*ixit dñs. i. d. c. *Q*ui credit i me. nō credit in  
me: sed in eū qui misit me. Et qui uidet me. uidet eū  
qui misit me. Ego lux i mundū ueni: ut oīs qui cre  
dit i me. i tenebris nō maneat. Et si quis audierit ūba  
mea. et nō custodierit: ego nō iudico eū. Nō enī ueni  
ut iudicē mūdū: sed ut saluificē mundū. Qui spernit  
me. et nō accipit ūba mea: habet qui iudicet eū. Ser  
mo quē locut' sū. ille iudicabit eū. in nouissimo die.  
quia ego ex me ipso nō sū locutus. sed qui misit me  
pat. ipse m̄ mandatū dedit quid dicā et quid loquar  
et scio quia mandatū eius uita eterna ē. Que ḡ ego lo  
quor. sicut dixit m̄ pater. sic loquor. *In vigilia. Pen*

*thetostes. Leues.* *T*emptauit dñs. abrahā. *S*cripsit  
moyses. *A*pphendet septē mi. *A*udi isrl' mandata.

*I*n diebz ill. *Q*um apollo esset *L. actū aploz.*  
chorinthi: et paulus pagratis superiorib; partib; ueni  
ret ephesū et inueniret quosdā disciplos: dixit ad eos.  
Si sp̄m sc̄m accepistis credentes. At illi dixerūt ad eū.

*Reque sabbote  
pasee hasez leues*



Sed necp si sp̄s sc̄s est audiuimus. Ille uero ait. In q̄ ergo  
baptizati estis: Qui dixerūt. Johannis baptizate. Di  
xit autē paulus. Johannes baptizauit baptizate pe  
nitentie ppl̄m: dicens i cū qui uenturus ē post ip̄sū ut  
crederet. hoc ē in ih̄m. Hīs auditis: baptizati sūt in  
nōte dñi ih̄u. Et cū imposuiss̄ illis manus paulus.  
uenit sup̄ eos sp̄s sc̄s: ⁊ loquebant̄ l̄nguis ⁊ p̄phetabāt.  
Erāt autē om̄es uiri. fere duodecim. Introgressus autē  
synagogā. cū fiducia loquebat̄ p̄ tres menses dispu  
tans ⁊ suadens de regno dei. *S. Johem.*

**I**n illo .t. Dix̄ dñs ih̄s. d. l. **S**i diligitis me: mandata me  
a seruate. Et ego rogabo pat̄rē ⁊ alium p̄clitū dabit  
uobis. ut maneat uobiscū in eternū sp̄m ueritatis  
quē mūdus nō potest accipe. quia nō uidit eū nec  
scit eū. Vos autē cognoscitis eū. quia apud uos mane  
bit: ⁊ i uobis erit. Non relinq̄ā uos orphanos: ueniam  
ad uos. Adhuc modicū: ⁊ mūdus me iam nō uidet.  
Vos autē uidetis me. quia ego uiuo ⁊ uos uiuetis. In  
illo die uos cognoscitis. quia ego i pat̄re meo. ⁊ uos i  
me: ⁊ ego i uobis. Qui habet mandata mea ⁊ seruat  
ea: ille ē qui diligit me. Qui autē diligit me diliget  
a pat̄re meo. ⁊ ego diligam eū ⁊ manifestabo et me ip̄m.

*In die sc̄o. Loo Actū apl̄oy.*

**D**um complerent̄ dies penthecostes. erant  
om̄es discip̄li pariter i eodē loco. Et factus  
ē repente de celo sonus. tamquā aduen  
ientis sp̄s uehementis. ⁊ repleuit totam do

*Die  
sc̄o.  
act.*



mū ubi erāt sedentes. Et apparuerūt illis dispartite lingue  
 tamquā ignis: seditq; supra singulos eorū. Et repleti sūt  
 omnes spū scō: et ceperūt loqui alijs linguis. p̄ ut sp̄c scōs  
 dabat eloqui illis. Erant autē in ierl̄m habitantes iudei  
 uiri religiosi: ex omni natione que sub celo ē. facta au  
 tem hac uoce uenit multitudo et mente confusa ē. qm̄  
 audiebat unusq; sc̄p lingua sua illos loquētes. Stupe  
 bant autē omnes: et mirabant̄ dicentes. Nōne ecce omnes  
 isti qui loquunt̄ gabylei sūt. Et quom̄ nos audiuim̄ unus  
 quisq; linguā mat̄m in qua nati sum̄: Parthi et medi  
 et elamite. et qui habitant mesopotamiam. iudeā et ca  
 padociam. pontū et asiam. frigiam et panphiliam. egypt  
 tum. et partes lybie. que ē circa cyrenen. et aduene ro  
 mani. iudei quoq; et phelini. cretes et arabes. audiuim̄  
 eos loquētes n̄ris linguis magnalia dei. **3. Iohem.**

**N**illo. t. Dix̄ dñs ihc di. s. Siquis diligit me sermonē  
 meū seruabit. Et pater meus diliget eū: et ad eū ueniet̄.  
 et mansione apud eū faciet̄. Qui nō diligit me. ser  
 mones meos nō seruat. Et sermonē quē audistis nō est  
 meus: s; ei qui misit me patris. Hec locut̄ sūt uobis: a  
 pud uos manens. Pat̄ritus autē sp̄c scōs quē mittet  
 pat̄r in noīe meo ille uos docebit oīa: et suggeret uobis  
 oīa quecūq; dixero uobis. Pacē relinquo uobis: pacem  
 meā do uobis. Nō quom̄ mundus dat: ego do uobis. Nō  
 turbet̄ cor ur̄m. neq; formidet. Audistis quia ego dixi  
 uobis: uado et uenio ad uos. Si diligeretis me gaude  
 retis utiq; quia uado ad patrem: quia pater maior me



